Ar. πρόσθεν temporali intellectu semel tantum admisit, ita tamen ut significet „prius“: N. 779: εἰ πρόσθεν ἔτι μᾶς ἐνεστώσης δίκης, πρὶν τὴν ἐμὴν καλεῖσθ', ἀπαγχάμην τρέχων (= πρότερον — πρὸν Av. 700, R. 673. E. 588. 620. 649. πρὸν — πρότερον Eq. 761) ut ἔμπροσθε Nicom. 1 v. 14. Ceteris (11) locis omnibus πρόσθεν locum significat (ut constanter apud Thucyd.: IV. 32, 3. VI. 67. VII. 43, 5. 44, 3. 78, 3. 4. 5. 81, 3): V. 1517 (cum gen.): ἴμαν πρόσθεν (= πρό Ach. 235. Eq. 1058 sq. V. 804. — Ach. 988. V. 273. E. 1033). V. 337: πρ. καθείδειν. R. 287: εἶναι ἐν τῷ πρ. et πρ. ἰέναι (ut 286 εἶναι ἐξόπισθεν et ἐξόπισθ' ἰέναι). L. 302: σπεύδειν πρ. L. 185, Th. 645, Ach. 43, E. 129: ἐς τὸ πρόσθεν τιθέναι τι, οἰχεσθαι, παριέναι — quae eadem formula restituenda est Ach. 242 ubi codd. praebent πρότιθ' ὡς τὸ πρόσθεν ὁλίγον ἦ κανηφόρος, quod quamquam omni sensu caret (neque enim de tempore accipi potest: cf. 260: ἐξόπισθε τῆς κανηφόρου — neque de loco ita, ut ὡς sit instar prae-positionis, quippe quod de animantibus tantum dicatur), retinuit tamen (praeter Ribbeck.) Mein. in ed., quum Vind. p. 61 locum ita afferat ut scripserunt Brunck, Bekk, Both.

Bgk.: *πρότιθεν* ἐστὸ πρόσθεν δλέγον ἢ κανηφόρος, cui tamen praetulerim leniorem mutationem Wolfii Dind. et Blayd. probatam: *προίτω* 's τὸ πρόσθεν (de aphaeresi v. Krüg. II. 14. 9. n. 5.) etiam aequabilitatis causa: sequitur enim statim (243) 3. pers. imp.: ὁ Ξανθίας τὸν φαλλὸν δρθὸν στησάτω (de usu 2. et 3. personae imp. infra fusius disputabo). Ceterum de pleonasmo *προιέναι* ἐστὸ πρόσθεν cf. Pl. Protag. 339 D. Symp. 174 E. Legg. III. 682 A. *προιέναι* εἰς τοῦμπροσθεν Gorg. 497 A. ἐστὸ πούπισθεν ἀνακωρεῖν Ar. Pl. 1209 (= ἀνακωρεῖν P. 984). εἴσω εἰσέναι Pl. 231. 1088. Cratin. 384. Eur. Andr. 876. εἴσω εἰσκυλεῖν Ar. Th. 265. εἴσω εἰσάγειν Eur. Alc. 1147. ἐνοικεῖν ἐνδον Ar. Av. 1107. ἔξω ἔξιέναι Antiph. 118. ἔξω ἐκφέρειν Θίραζε Ar. N. 1388. ἄνω ἀναστέλλειν E. 268. διαπρίειν δίχα P. 1262. κατορύττειν κατὰ τῆς γῆς κάτω Pl. 238 (ut Hdt. III. 16: ἐκ τῆς ταφῆς ἐκφέρειν ἔξω. II. 144: ἐσάγειν ἐστὸ μέγαρον ἔσω. II. 156: ἔσω ἐστὸ ιερὸν ἐσελκύσσαι. Aeschin. III. 100: ἀπαγαγὼν ἡμᾶς ἀπωθεν ἀπὸ τοῦ πράγματος. Ar. N. 216: ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πόρρω πάνν). — Recte Mein. (cf. Vind. I. c.) Eq. 751 scripsit: ἀλλ' ἐστὸ πρόσθε. χρὴ παρεῖν ἐστὶν πύκνα „sed age procedamus“ („vorwärts“) — „vulgo (verba sunt Mein.) omnibus ad unam sententiam conjunctis ἀλλ' ἐστὸ πρόσθε χρὴ παρεῖν“ ἐστὶν πύκνα, quod ita tantum ferri possit ut ὡς τὸ πρόσθε „ut antea“ scribatur (e conj. Casaub. Bentl.) ut fecit Bergk.; falluntur enim haud dubie qui ἐστὸ πρόσθε idem significare posse existimant (ut Dind., qui interpretatur „ut antea, more antiquo“); „quaerendum tamen an umquam apud Ar. ὡς τὸ πρόσθε dictum reperiatur pro ὡς τὸ πρότερον.“ (Dicere debebat potius ὥσπερ πρότερον ex usu Ar. — v. supra s. 1. 2). ὡς τὸ πρόσθε scripsit etiam Brunck., e recc. (praeter Bergk.) Velsen. et Kock., qui posterior usu Ar. ipsius neglecto interpretatur „more majorum“ cll. Aesch. Ag. 19: ὡς τὰ πρόσθε (add. 1436: ὡς τὸ πρόσθεν) et locutione οἱ πρόσθεν „majores“. —

In frg. com. *πρόσθεν* locali vi quater exstat: cum gen. προ. τῶν θυρῶν Ephipp. 4. ἐκ τοῦ πρ. Antiph. 87. εἰς τὸ πρ. Antiph. 18. Alexid. 96, 15. (Dionys. V. p. CCXXI?)

— ἔμπροσθεν semel; Eupol. 68; σὺ δ' ὑπαγ⁹ εἰς τοῦμπροσθεν (Dion. l. c.?), quod idem adv. omnino semel tantum vides ap. Ar.: V. 871 (lyr.): ἔμπροσθεν τῶν θυρῶν. — De formarum advv. in -θεν (-θε) exeuntium apud com. usu infra disseram. —

32

L. 468: τί τοῖσδε σαντὸν ἐς λόγον τοῖς Θηρίοις συνάπτεις; — Herwerd. (Anal. crit. p. 52) scribi jussit ἐς λόγονς, quia constanter dicatur: ἐς λόγονς ἐλθεῖν συνελθεῖν ἀφικέσθαι sim. Quod falsissimum est. Ar. certe promiscue (7ies) dixit ἐς λόγονς et ἐς λόγον. Pluralis numeris postulatur 1) V. 472: ἕσθ' ὄπως ἀν ἐς λόγονς ἐλθομεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς; -σούς λόγονς, ᾧ μισόδημε; et 2) A.v. 258: ἀλλ' οὐτ' ἐς λόγονς ἀπαντά — item singularis 3) Eq. 806: εἴ ποτε στεμφύλῳ ἐς λόγον ἐλθῃ (solus cod. Laur. [M Velseni] c. metr. λόγονς) et 4) N. 470: βουλομένονς ἐς λόγον ἐλθεῖν (R. V. cett. codd. fere omnes c. metr. λόγονς; sing. λόγον cum Ald. unus cod. Cantabrig. adscripto a correctore -ονς). Et singularis et pluralis per numeros locum habent 3 locis: sing. traditum vides 5) Eq. 1300: γασίν ἀλλήλαις ἔννελθεῖν τὰς τριήρεις ἐς λόγον — pluralem 6) N. 252: βούλει ἔνγγενέσθαι τὰς Νεφέλαισιν ἐς λόγονς; — fluctuant codd. 7) loco illo in quo offendit Herw. L. 468: τί τοῖσδε σαντὸν ἐς λόγον τοῖς Θηρίοις συνάπτεις; ubi unus Vatic. praebet λόγονς quod receperunt soli Brunck. Bekk., probavit Porson. ad Eur. Phoen. 714 (ἐς λόγονς συνῆψα Πολυνείκει μολών). At plur. λόγονς nihil esse nisi interpretamentum singularis λόγον (quem vides in cett. et codd. et edd.) manifesto docent duo illi loci 3) et 4) Eq. 806 et N. 470, ubi nonnullorum codd. librarii plur. vel contra numeros intulerunt. Hausisse autem videtur Herwerd, falsam suam de singulari non admissa sententiam e Passowii lex. s. λόγος: „Gespräch, Unterredung, Unterhandlung, nur im Plural, ἐς λόγονς ἐλθεῖν συνελθεῖν ἀφικέσθαι ἔνει.“ Sane Ar. solus videtur singularem de colloquio admisisse: certe constanter pluri λόγοι usi sunt non solum poetae: cf. Soph. O. C. 1164. Eur. Alc. 962. Med. 872. Tr. 916. Phoen. 714. 771 (apud quos etiam μῆθοι hac significatione vides;

4*

Hom. δ 214. 239. λ 379. ψ 301. Eur. Med. 1082), sed etiam scriptores: cf. Hdt. I. 82. 86. II. 32. III. 148. V. 94. IX. 41. 44. Thuc. (38 locis: v. Bétant lex. II, p. 103). Xen. An. II. 5, 4. III. 1, 29. (II. 5, 25; v. Krüg. lex. s. λόγος). Cyr. IV. 3, 23. Hell. IV. 1, 2. Plat. (Ast. lex. II. 254 sq.). Lys. XII. 25. XX. 26. XXXII. 12 (Frohb. ad XXXI. 4 append.). Isae. II. 7. Dem. II. 11. XXI. 163. XXVII. 15. XXXI. 14 al. Polyb. XXII. 21, 12 — quare ipse Ar. in trim. pluralem usurpavit N. 252: ξυγγενέσθαι ταῖς Νεφέλαισιν ἐς λόγους; quum sing. admirerit in tetr. jamb. L. 468, tetr. tr. Eq. 1300 (plur. V. 472, in dim. troch. Av. 258), tetr. anap. Eq. 806, cant. N. 470. Addo ἐν λόγοις „in colloquio“ Eq. 459 (tetr. jamb.) et ἐν τοῖσι λόγοις Pl. 488 (tetr. anap.). —

- 33 L. 718 sqq. Lysistrata queritur mulieres omni ratione ex arce effugere et ad viros redire nitentes se non jam posse coercere: ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὰς ἀποσχεῖν οὐκέτι | οἵα τ' ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν. ἀποδιδράσκοντι γάρ. Jam recenset varia mulierum fugiendi tentamina:

τὴν μὲν γε πρώτην διαλέγουσαν τὴν ὄπεὶν
κατέλαβον ἢ τοῦ Πανός ἐστι ταύλιον,
τὴν δὲ ἐκ τροχιλίας αὖ κατειλυσπωμένην,
τὴν δὲ αὐτομολοῦσαν, τὴν δὲ στροφοῦσον μίαν
ἥδη πέτεσθαι διανοούμενην κάτω
εἰς Ὄρσιλόχου χθὲς τῶν τρυχῶν κατέσπασα.

Quibus in 6 versibus compluria insunt in quibus offendas. Primum τὴν μὲν γε πρώτην vix recte se habet: neque enim sequitur τὴν δὲ δευτέραν, τὴν δὲ τρίτην, sed τὴν δέ, quod flagitat ut sibi respondeat simpliciter τὴν μὲν (γε). (Aliter enim se habet Th. 603: τις ἡ [εἰ R.] πρώτη σύ;) Itaque Ar. potius πρώτη scripsisse censeo, quod quam proclivi errore in πρώτην corrumpi potuerit, apparebit cogitanti antiquam scribendi rationem ΠΡΩΤΗΝ (cf. Philem. frg. 10 ubi πρώτην pro πρώτῃ restituit Bentl.). Fingere autem poetam inde a mulierum conventu in fabulae initio jam aliquot dies praeterlapsos esse (cf. Herwerd. stud. crit. in poet. scen. Graec. p. 54) luculenter apparet e vv. 745. 758 sqq. 764 sqq. 855. 866 sqq. 899. 904. 880: οὐδὲ ἐλεεῖς τὸ παιδίον ἀλοντον ὅν καθηλον ἔκτην

ἡμέραν (quamquam qui haec dicit rem verbis auget: cf. L. 280; ἐξ ἑτῶν ἀλοντος Pl. 85. Th. 637. 642. Mein. Vind. 59. Teuffel. ad N. 10). Temere igitur in adv. χθές v. 725 haeserunt Bergk. („χθές corruptum“), Mein. Vind. p. 128: „quid est quod heri se istam mulierem a volatu retinuisse dicit? quae mirifica est temporum perturbatio; scribendum videtur τρεῖς“ — denique Madvig. Adv. crit. I. 280: „pravum χθές est; nam neque in cett. membris tempus significatur et narratur res non heri, sed hoc paene ipso temporis momento acta; scripsit Ar. εἰς Ὁρσιλόχον γε θάσα τῶν τριχῶν κατέστασα“ — quam conjecturam Herwerd. l. c. suo jure turpem dicit. — Deinde in verbis τὴν δ' ἐκ τροχιλίας αὖ κατειλυσπωμένην ferri nequit particula αὖ media in enumeratione posita, quam quidem in fine enumerationis (3. loco) vides e. c. P. 1070: μὴ — μηδὲ — μηδ' αὖ. V. 81: 74: Ἀμνύας μέν φησι, 78: ὅδι δέ φησι Σωσίας, 81: Νικόστρατος δ' αὖ φησιν. Th. 168 sqq.: ταῦτ' ἄρ' ὁ Φιλοκλέης αἰσχρὸς ὥν αἰσχρῶς ποιεῖ, | ὁ δὲ Ξενοκλέης ὥν κακὸς κακῶς ποιεῖ, | ὁ δ' αὖ Θέογνις ψυχρὸς ὥν ψυχρῶς ποιεῖ (ubi in altero versu codd., fortasse [v. adn. Eng.] etiam R., ὁ δ' αὖ Ξεν. praebent, quod in ὁ δὲ Ξ. recte mutavit Brunck. omnibus edd. probatus; δ' αὖ enim [quod in cod. Aug. in margine additum est] manifesto e proximo versu manavit, idque eo facilius quum hic v. propter similem proximi exitum initio omissus sit, additus deinde a 2. m. in R., falso loco post 170: ὁ δ' αὖ Θέογνις in Aug.). Accedit quod αὖ h. l. medio in enuntiato post ἐκ τροχιλίας collocatum perversam efficere videtur sententiam: neque enim solum instrumentum devolvendi (τροχιλία) novum infertur, sed omnino tota ratio devolvendi e trochlea (τὸν ἐκ τροχιλίας κατειλυσπάσθαι), ut collocandum esset αὖ post τὴν δέ. Haec movisse videntur Bergkium (neque enim rationes conj. reddidit) ut αὖ cancellis sepiret. Quod tamen addit in adn. crit. „fortasse praeterea τροχηλίας scribendum“ non intelligo quid sibi velit; fortasse voluit τροχηλίας (τὸν δὲ τροχηλίας κατειλυσπωμένην), ut -αις tribuendum sit errori hypothetae. At vereor ne omnino forma τροχηλία (τροχειλία h. l. praebent R. Aug. Junt., corr. Flor. Chr.) careat auctoritate (v. Passow. lex. s. v. II. 2.

p. 1992 sqq.). Itaque proposuerim potius: *τὴν δέ γ' ἀπὸ τροχιλίας κατειλυσπωμένην* (*ἀπὸ* ante *τρο-* facile excidere poterat; deinde aliquis suo Marte versum redintegravit), ut ab initio trimetri se excipient dactylus et tribrachys, ut e. c. Av. 836: *ώς δ' ὁ θεός ἐπιτίθειος.* frg. 510: *βασκάνιον ἐπὶ κάμιον.* Praepositionis autem bisyllabae et quidem pyrrhichicae ita collocatae, ut duae breves syllabae diversorum sint pedum, 29 apud Ar. exstant exempla (pleraque in trim.): *praep. ἀπό:* Ach 1023. Eq. 728. 159. *διά:* Ach. 537. N. 1230. Th. 414. Pl. 171. 174. 176. **κατά:* N. 188. 663. P. 241. *μετά:* L. 438. Th. 631. **παρά:* Ach. 134. E. 723. *ἐπι:* Ach. 602. V. 1167. Av. 383. Pl. 1001, frg. 198. (*κατάπι:* Eq. 169. R. 589. *οὐπί:* Ach. 504. 510. N. 218. 1502. V. 68. L. 389. *τάπι:* P. 283. Av. 1369. E. 82. Pl. 57. 996). *περί:* L. 932. Th. 246. 256. E. 814. *ὑπέρ:* Ach. 316. V. 111^ο. *ὑπό:* Ach. 1194. N. 855 (ubi quod praebent V. A.; *ἐπελανθανόμην εὐθὺς ὑπὸ πλήθοντας τῶν ἐτῶν* [cett. codd. plerique *ἐπελ.* *ἄντεθὺς ὑπὸ πλήθοντας ἐτῶν*, R. c. metr. *ἄντεθῶν ἐτῶν*] quamquam *ἄντε* facillime excidere poterat, art. autem saepissime de suo addiderunt librarii [v. §. 30], tamen inde aliquomodo commendatur, quod plerumque in tali substantivorum conjunctione alteri quod in gen. casu attributi loco positum est, articulus adjungitur, et quidem soli: v. Schoemann, ad Plut. Agid. 5, 1: *τῶν οἰκων ἀριθμόν,* qui cf. jubet Jacobs, Animadv. ad Athen. p. 18. Krüg. ad Dionys. histor. p. 168. Bernhardy Synt. p. 321. Thuc. VII. 72: *ὑπὸ μεγέθους τῶν κακῶν.* VIII. 33: *ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων.* 105: *ὑπὸ πλήθους τῶν νεῶν.* Xen. An. I. 1. 1: *τελευτὴν τοῦ βίου.* Pl. Reip. V. 453 B: *ἐν ἀρχῇ τῆς κατοικίσεως —* quibus addo *ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου,* *τῆς σκέψεως* Dem. 37, 28. Pl. Phaedr. 237 C. *διὰ σπανιότητα τῆς γῆς* Isocr. IV. 34. *ἀνθρώπισεος τῆς τροφῆς* Thuc. IV. 83, 6, ex Ar.: N. 164: *ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος.* 619: *κατὰ λόγον τῶν ἡμερῶν.* Th. 894: *ἐπὶ κλοπῇ τοῦ χρησίου.* E. 396: *περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως —* et ubi gen. attrib. interpositum vides Av. 1588: *περὶ τοῦ πολέμου καταλλαγῆς;* utrumque tamen subst. sine art. posuit Xen. Hell. VI. 3, 15: *ὑπὸ πλήθους κακῶν.* Multo saepius Ar. illa ratione collocavit praep. *ἀμφὶ* et *ἄντε*

quippe quae trochaeum efficiant: *ἀντι* (quod omnino 48ies usurpavit) 24 locis: Eq. 364. 470. 1043. 1345. 1404. N. 653. 668. 796. V. 210. 1404. P. 1251. Av. 58. L. 1155. J167. Th. 722. 773. E. 1047. 1111. Pl. 540. 542. 543. 545. 634. frg. Ger. XI. Bgk. — *ἀμφι* semel: Ach. 1072 (omnino autem Ar. hanc praep. non admisit, nisi ubi elatiore utitur genere dicendi, semel in trim.: Ach. 1072, quater in canticis: N. 595. L. 1257. Th. 95. R. 215, nusquam gen. junctum, semel dat. primarii vi circumdandi Th. 995, cett. locis acc.: locali vi Ach. 1072. L. 1257, translata N. 595. R. 215; in frg. com. bis occurrit: e. dat. locali vi in Philetaer. frg. 18 admodum corrupto, e. acc. translata vi in Axionic. frg. 3 lyr.). —

Ut tandem revertamur ad locum propositum, etiam magis offendio in eis quae sequuntur 723 sqq. *τὴν δ' αὐτομολοῦσαν*, *τὴν δ' ἐπὶ στρούθου μίαν | ἵδη πέτεσθαι διανοούμενην κάτω | εἰς Ὀρσιλόχου χθὲς τῶν τριχῶν κατέσπασα*. Quomodo enim *τὴν δ' αὐτομολοῦσαν* quadrat in h. l., ubi recensentur varia mulierum fugiendi tentamina? *τὸ αὐτομολεῖν* (cf. Eq. 26. P. 451. Pl. 1150. ἔχαντ. N. 1104) i. e. *τὸ ἀποδιδράσκειν* (719; *αὐτομολεῖν* = *φεύγειν* P. 451 —743) commune est mulieribus: propriam habent singulae singularem aufugiendi rationem: alia foramen diducit et perfodit, per quod perrepatur (cf. V. 350 sqq. *ἔστιν ὅπῃ δῆθ' ἥγτιν' ἀν ἔνδοθεν οἴός τ' εἴης διορίσαι*; — *πάντα πέφρακται κούκι ἔστιν ὅπῆς οὐδὲ εἰ σέργω διαδῦναι*), alia e trochlea conatur sese devolvere (neque tamen effugit; deprehenditur enim a Lys.: *κατέλαβον* 721), alia denique passeri insidens devolare cogitat de arce. Itaque necessario aut verba *τὴν δ' αὐτομολοῦσαν* corrupta judicanda sunt aut statuendum est post ea excidisse accuratorem tertii cuiusdam fugiendi tentaminis descriptionem, quam deinde jam quarto loco excipient verba *τὴν δ' ἐπὶ στρούθου κιλ.* Hoc posterius tamen quum per se minus est verisimile, tum eo displicet quod duo priora tentamina integris describuntur versibus, ut jam idem postuletur de eis quae sequuntur. Itaque censeo verba illa *τὴν δ' αὐτομολοῦσαν* potius conjungenda esse cum eis quae sequuntur *τὴν δ' ἐπὶ*

στρούθον μίαν κτλ., librarios autem singulas literas falso inter se conjunxisse ita ut scribebent:

τὴν δ' αὐτομολοῦσαν, τὴν δ' ἐπὶ στρούθου μίαν
quum Aristophanes scripsisset:

τὴν δ' αὖ γε μόλις ἐνθένδ' ἐπὶ στρούθου μίαν
ἥδη πέτεσθαι διανοομένην κάτω
εἰς Ὄρσιλόχον χθὲς τῶν τριχῶν κατέσπασα.

ΤΗΝΔΑΥΓΕΜΟΛΙΣ ΕΝΩΕΝΔΙ

ΤΗΝΔΑΥΤΟΜΟΛΟΥΣΑΝΘΝΑ

ut jam tria tantum describantur fugiendi tentamina et ea integris versibus, primum duobus, alterum uno, tertium utpote audacissimum tribus. Respondent sibi autem *τὴν μέν γε 720, τὴν δέ γε 722, τὴν δ' αὖ γε 723*, ut 3. loco *αὖ γε* indicet gradationem (cf. *μέν — δέ — δ' αὖ*: V. 74 sqq. Hermipp. frg. 61, 4 et 12. *ὁ — δέ — ὁ δέ — ὁ δέ γε — ὁ δέ γε κτλ.* P. 162 sqq. *οἵ γ' ἔμοι χρησμοὶ — οὐμοὶ δέ γ' αὖ* Eq. 965 sqq.). De corruptelae genere cf. e. c. L. 679 ubi R. Aug. Junt. recte praebent *ἴγραψεν ἐφ ἵππων* (nisi quod *ἴγραψ'* scrib. est), cett. vero ridicule *ἴγραψε φιλίππῳ*. — Adv. *μόλις* (de forma v. §. 15) pertinet ad v. *κατέσπασα*, quod Meinekio (Vind. p. 128) quum „*detraxi aegre coeat cum κάτω πέτεσθαι διανοομένην*“ mutandum videtur in *ἀνέσπασα „ε fuga retraxi“ — qua conj. num opus sit dubito; nonne κατέσπασα h. l. significare potest „*detraxi eam de passere?*“ Ac ne ea quidem mihi probantur, quae idem Mein. disputavit de adv. *χθές*, quod rectissime se habere supra jam demonstravimus (p. 53), et de vocabulo *μίαν*. Dicit enim quamquam per se nulla sit in v. *μίαν* offensionis causa, tamen fortasse *Mixa* scribendum esse, cui conjectae ex eo aliquid roboris accedat, quod etiam moechus prurientis mulieris nomine appelletur (*εἰς Ὄρσιλόχον*). Hoc quidem argumentum me judice prorsus nullius est momenti: carpitur enim h. l. *s o l u s* Orsilochus ut moechus et libidinosus (schol. *Ὥρσ, πορνοβοσκός καὶ μοιχός καὶ ἐπὶ θηλύτηι κωμῳδεῖται*). Accedit quod vix ferri potest forma *Mixa*. Dicit quidem Mein. „*nomen Mixa cum Mixων*, quod prima correpta dicitur L. 679 et Theocr. V.*

112, cognatum est legiturque etiam Th. 760 ubi citra necessitatem cum aliis *Mixxa* edidi praeeunte Lobeckio“ (qui id tacite scripsit ad Phryn. p. 718). „Hyperidis oratio ἐπεὶ *Mixaς* laudatur a Polluce VII. 191 et X. 39, quod *Mixxaς* viri docti scripserunt, nescio an sine causa“. At in feminarum nominibus consona paenultimae syllabae plerumque dupli- carī solet: cf. *Kύννα* Eq. 765. V. 1032. P. 755. *Kριτυλλα* L. 323. Th. 898. *Ξέννυλλα* Th. 633. *Αύσιλλα* N. 684. Th. 375. *Φίλιννα* N. 684. *Κοτυττώ* al. (v. Fritzsch. ad Th. 760, qui addit.: „nihil egerit si quis formae *Mixa* patronus nomen *Mixων* in L. 679 et alibi contulerit“). Accedit autem quod *Mixxa* cohaeret cum *μιξώς* (cf. Ach. 909, ubi Vat.-Pal. praebet *μικός*), dorica forma adj. *μικρός* (cf. schol. Put. ad Th. 760: *μιξxa* [codd. *Mixa*] *ἀντὶ τοῦ μικρά*); et haec ipsa forma *Mixxa* confirmatur inscriptionibus (C. J. 970. 3797 b. Keil. inscr. boeot. LXVII. e. Anal. epigr. 153 n. 1). — Neque tamen recte se habere censeo quod traditum est *μιαν*, etsi Mein. in eo per se nullam offensionis causam esse contendit. Dicitur quidem in enumerationibus, ubi alter alteri opponitur, nonnumquam *εἰς μέν* pro *ὅ μέν* vel *εἰς δέ* pro *ὅ δέ* (cf. Hom. γ 421 sqq.: *ὅ μέν* — *εἰς δέ* — *εἰς δέ αὐτόν*. Pl. Reip. II. 369 D: *εἰς μέν* — *ὅ δέ* — *ἄλλος δέ τις*. Xen. Hell. I. 7, 10: *εἰς μέν* — *ἔτερος δέ* — *ἔτερος δέ*. Ar. Pl. 665: *εἰς μέν γε Νεοκλείδης* — *ἔτεροι τε πολλοί*) at tamen *ὅ δέ εἰς* (sive *ὅ μὲν εἰς*), *εἰς* appositive addito, ita tantum dici potest, ut unus solus opponatur pluribus (ut e. c. Hom. v 109 sqq.: *αἱ μὲν ἄλλαι εὖδον* — *ἡ δέ μήτε οὕπω παύετο*. Eubul. frg. 94: *τρεῖς μόνους κρατῆρας ἔγκεφαννών | τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν ὑγείας ἔνα | ὃν πρωτὸν ἐκπίνουσι, τὸν δέ δεύτερον | ἔρωτος ἥδονῆς τε, τὸν τρίτον δέ ύπνουν*. Cf. Ar. Eq. 861: *εἰς ὕπνον*. Pl. 1053: *εἰς μόνον*), quod tamen in Ar. l. non cadit, ubi potius in enumeratione alter alteri opponitur. Quominus autem *εἰς* h. l. ita accipiatur, ut prope accedat ad vim pron. indef. *τις* (*ὅ δέ εἰς* = *ὅ δέ τις* = *ὅ δέ*), obstat usus veterum Atticorum, qui quidem *εἰς* hoc intellectu („unus aliquis de compluribus, multis“) ita tantum admirerunt, ut addatur subst. (cf. Av. 1292: *εἰς κάπηλος*) vel gen. part.

(cf. Thuc. I. 85: εἰς τῶν ἐφόρων. IV. 40: ἔνα τῶν αἰχμαλώτων. Isae. III. 37: ξενίας φεύγων ὑπὸ ἐνὸς τῶν φραστόρων. Ar. frg. 260: ἐθέλω δίκην | δοῦναι πρόδικον πρὸς τῶν φίλων τῶν σῶν ἐνὶ — sic enim haec scribenda esse p. 59 demonstrabo) vel quod saepissime vides ipsum pron. indef. τις (εἰς τις s. τὶς εἰς s. εἰς γέ τις: cf. Eq. 1301: φασὶν μιαν λέξαι τιν' αὐτῶν ἡτοι ἦρ γεραιτέρα. frg. 236. 418. Ind. com. dict. V. 1. p. 347). Cf. Schoemann. ad Plut. Cleom. 7, 2. — Itaque μιαν loco illo Ar. ferri nullo modo posse patet. Quid tamen poeta scripserit, difficile est dijudicatu: conjici possit νέαν (quippe quae sit etiam libidinosior ceteris: cf. Th. 478 sqq.), cui tamen praetulerim τινά, ut τὴν δέ — τινά sit „aliam quamdam“ (δέ δέ τις = δέ δέ vides e. c. Av. 1444. Pl. 1180. Stratt. frg. 55. δέ δέ — τὶς Pl. 1181. Plat. frg. 35. ἔτερος δέ τις L. 414. ἔτερος δέ — τὶς Pl. 163. Cf. Krüg. I. 50. 1. n. 9.), cuius in locum μιαν statui possit irrepsisse ex interpretamento, adscripto a librario τινά h. l. generis feminini esse indicante. —

Ceterum moneo post v. κατειλυσπωμένην 722 (in vulg. post αὐτομολούσαν 723) fortius distinguendum esse (quod solus fecit Brunck. quem secutus est Bekk.): nam duobus prioribus membris (in vulg. tribus) commune est v. κατέλαβον, quum tertium (in vulg. quartum) proprium habeat v. κατέσπασα. Denique liceat totum locum ab omni parte emendatum adscribere:

ἔγώ μὲν οὖν αἰτίας ἀποσκεῖν οὐκέτι
οἵτα τὸν ἀνδρῶν ἀποιδεάσκουσι γάρ.
τὴν μὲν γε πρῷην διαλέγουσαν τὴν ὑπὴν
κατέλαβον ἢ τοῦ Πανός ἐστι ταῦλιον,
τὴν δέ γ' ἀπὸ τροχιλίας κατειλυσπωμένην·
τὴν δ' αὖ γε μόλις ἐνθένδ' ἐπὶ στρούθου τινὰ
ῆδη πέτεσθαι διανοουμένην κάτω
εἰς Ορσιλόχου χθές τῶν τριχῶν κατέσπασα.

34 Frg. 260: ἔγώ γάρ εἴ τι σ' ἤδηκτ' ἐθέλω δίκην | δοῦναι πρόδικον ἐν τῶν φίλων τῶν σῶν ἐνὶ: sic h. l. emendavit Porson., quum codd. praebeant Photii p. 451, 13: ἐν τῶν φίλων τῶν σῶν ἐνὶ, Suid. s. πρόδικον: ἐνὶ τῶν φίλων τῶν σῶν. Recte tamen Bergk. (Mein. Com. II. 2. 1056) aliud quid

latere suspicatus est: illud ἐν ἐνὶ τῶν φίλων enim parum commodum videri (recte se habet ἐν c. dat. plur. ap. Pl. Legg. XI. 920 D; ἐὰν ἐν διαιτηταῖς μὴ δίνονται διαλλάξεσθαι — errore autem ut videtur Frohberger. ad Lys. XXXII. 2 ex hoc Ar. frg. affert: πρόδικον δίκην δοῦνοι ἐν τοῖς φίλοις). Jam Cobet. (V. L. p. 173) scribi jussit ἐπὶ τῶν φίλων τῶν σῶν τινος ex usu illo, quo ἐπὶ c. gen. jungi solet „notioni ejus apud quem causa agitur sive is judex est vel arbiter sive rex vel magistratus, apud quem quaeritur judiciumque exercetur“ (cf. Passow. s. ἐπὶ. Krüg. I. 68. 40. n. 2.; raro hoc eodem intellectu vides ἐπὶ c. dat.: e. c. Dem. XIX. 234: ἐπὶ ταῖς δικασταῖς ἔλεγες). At si scribitur ἐπὶ, efficitur ut anapaestus (*ἐπὶ τῶν*) excipiat tribrachum (*πρόδικον*), quod non licet in trimetro nisi ubi post tribrachum in fine dipodiae positum finitur enuntiatum, ut post interpolationem ab anapaesto in initio proximae dipodiae posito novum enuntiatum primarium incipiat (cujus licentiae certa exempla duo extant apud Ar.: Ach. 47: ἀλλ' ἀθάνατος· ὁ γὰρ Ἀμφίθεος Λήμητρος ἦν et E. 315: καὶ θοιμάτιον· ὅτε δὴ δ' ἐκεῖνο ψηλαφῶν —; tertio tamen loco Av. 108: ποδαπὸ τὸ γένος; — ὅθεν αἱ τριήρεις αἱ καλαὶ Dind., probatus Mein. Kockio, recte videtur scripsisse ποδαπὸ τὸ γένος δ'; cl. P. 187: ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ, ubi particula quae aberat addita est a recc. edd. e R. V. Ceterum de Av. 108 v. infra). Cui legi qui adversantur loci N. 663, L. 1148, Th. 285 ubi media in oratione dipodium vides e tribracho et anapaesto compositam, emendati sunt ab hom. doctis (v. Enger. ed. Lys. praef. p. XV. sqq.), Ach. v. 928 autem: ὥσπερ κέραμον, ἵνα μὴ καταγῇ φορούμενος manifesto spurius est (v. adn. Mülleri). Itaque in frg. 260 ἐπὶ scribi nequit, ut de alia praep. cogitandum sit. Jam Hermannus proposuit παρά: sane παρά c. dat. saepenumero significat „coram“ (cf. E. 655: ἦν τις ὄφλη παρὰ τοῖς ἄρχοντι δίκην τῷ. 870. Lys. XXIII. 3. Thuc. I. 28, 2: δίκας ἦθελον δοῦναι παρὰ πόλεσιν, αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν. 73, 1: οὐ γὰρ παρὰ δικασταῖς ὑμῖν οἱ λόγοι ἂν γίγνοντο — v. Fried. Rau de praep. παρά usu in Curtii Stud. in gram. gr. et lat. III. 2. p. 40 sq.). at de arbitro,

coram quo causa agitur, plerumque dicitur πρὸς τῷ διαιτητῇ (cf. Dem. XXII. 28. XXXIX. 22. XXXIX. 19. Lys. X. 6 ubi v. Frohberg. in append. p. 156 sq. — raro ἐπὶ τοῦ διαιτητοῦ: Isae. XII. 9). Itaque quum res prorsus e nostro pendeat arbitrio, πρὸς praferendum est; neque tamen pro ἐνī scribendum est τινι: nam ἐνī h. l. propria sua vi videtur accipiendum esse de unico arbitrio: plerumque enim arbitrii privati tres solebant eligi (v. Frohb. ad Lys. XXXII. 2. — Cf. etiam Dem. XXIII. 14: ἐπιφέπουσιν ἐνὶ διαιτητῷ κοινῷ Φωκαῖς. — De formula πρόδικον δίκην δοῦναι v. Fritzsch. quaest. Ar. p. 263). Neque omnino necesse est ἐνī h. l. mutetur in τινι: Attici enim εἰς addito gen. partitivo (h. l. τῶν φίλων τῶν σῶν) saepenumero etiam ita usurparunt, ut prope accedat ad vim pron. indef. τις (cf. Isae. III. 37: ξενίας φεύγων ὑπὸ ἐνὶς τῶν φραστόρων — v. supra §. 33 p. 57).

35 L. 1161 s q q.

ΑΥΣ. τι δ' οὐ διηλλάγητε; φέρε τι τούμποδών;

ΑΑΚ. ἀμές γε λῶμες, αἱ τις ἀμὸν τοῦγχυκλον
λῆ τοῦτ' ἀποδόμεν. *ΑΥΣ.* ποῖον ὡς τᾶν;

ΑΑΚ. τὰν Πύλον

ἀσπερ πάλαι δεόμεθα καὶ βλιμάδδομες.

ΑΘΗΝ. μὰ τὸν Ποσειδῶ τοῦτο μέν γ' οὐ δάσετε.

Haec postrema verba Atheniensis Pylum Lacedaemonii redditum se esse negantis manifesto corrupta sunt: sententia enim unice haec esse debet: οὐχ ἀποδοθήσεται ὑμῖν ἡ Πύλος. Frustra autem Dindorf., secutus Heindorfium ad Pl. Soph. p. 403, δρᾶν h. l. non ad actionem, sed ad πάθος referendum esse censem quod exemplis non comprobatur. Nam v. 1089 sq. ἢ πον πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὕμᾶς λαμβάνει; | — μὰ Δὲ ἀλλὰ ταντὶ δρῶντες ἐπιτερίμεθα. — Reiskius („non satis intelligo ταντὶ δρῶντες — an pro οὖτω διακείμενοι, τοιάδε πάσχοντες?“), Dindorf. Engerus („i. e. πάσχοντες“) perperam ταντὶ δρῶντες (= ταντὶ πάσχοντες) ad verba σπασμὸς ὕμᾶς λαμβάνει retulerunt, statuentes ut videtur ἐπιτετρίμεθα per gradationem verbo λαμβάνει oppositum esse, ut sit responsum recusantis et corrigentis („immo — periimus“), quae tamen oppositio quum per

se admodum frigida est et jejuna, tum nullo modo ferenda propter pron. *ταυτὶ* quod δειπτικῶς dictum est (quare concidit etiam interpretatio Kockii qui ad R. 358 e subst. στασμός verbum στάν subintelligere videtur); itaque quum ineptam interpretationem schol. Rav. συγχόπτοντες, τὰ ἴματα συστέλλοντες recte improbarit Engerus, ταυτὶ δρῶντες ad obscenum aliquem gestum referendum videtur (v. P. 290. R. 545. E. 707). Deinde duos illos locos Platonis ab Heind. compositos Soph. 253 A et Phaedr. 268 C aliter se habere facile apparebit sententiarum nexus accuratius consideranti (ceterum altero loco Phaedr. 268 C non δρᾶν legitur, sed ποιεῖν). Inepte autem addit his locis Pflugk. ad Eur. Alc. 71 (ubi potius excidisse aliquid conjiciendum videtur e verbis schol.) Soph. Tr. 413: τί ποτε ποικίλας ἔχεις; -σὺ τοῦτο δρῶν κυρεῖς — sc. ποικίλων — et Ar. Pl. 1205: καὶ μὴν πολὺ τῶν ἄλλων χντρῶν τάνατία | ἀνταὶ ποιοῦσιν — nam longe alia ratio est verbi ποιεῖν (et πράττειν): Graeci enim et saepe dicunt πάσχειν ubi possent etiam ποιεῖν vel πράττειν (cf. Eq. 515. 864. N. 234. 662. 791. 798. 816. 1198. V. 1014. Av. 1044. 1432. L. 884. E. 860. Pl. 603) et πράττειν vel ποιεῖν ubi eodem jure dixeris πάσχειν (cf. N. 920. Av. 604. εὐ πράττειν, κακῶς πρ. sim. Teuffel. ad N. 234. Passow. II. 1. p. 1065. Add. P. 1054 sq. ἡ κέρκος ποιεῖ | καλῶς „cauda bene se habet.“ Hdt. I. 142: οὕτε τὰ ἄνω χωρία τῶν τὸ ποιέει τῇ Ἰωνίῃ οὕτε τὰ κάτω, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ πιεζόμενα, τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ). Neque vero idem valet de v. δρᾶν: nullo modo verba δρᾶν et πάσχειν inter se poterant permutari, quae quidem inde ab Homero saepissime inter se opposita inveniuntur, nonnumquam proverbiali fere vi (cf. Hom. Ι 490. Soph. O. T. 1272. O. C. 267. 272. Phil. 672. Eur. Andr. 731. Bacch. 793. Heracl. 424. Phoen. 480. Ar. L. 1041: οὕτε δράσω φλαιῶν οὐδὲν οὐδὲν ὕδρ' ὑμῶν πείσομαι. Th. 519: οὐδὲν παθοῦσαι μείζον ἢ δεδράκαμεν. Thuc. II. 40, 4. Antiph. or. III, β. 6.). Jam L. 1165 δράσετε (ut mittam ridiculam conj. Bothii θράξετε = ταράξετε) Cobetus facili negotio mutari jussit in δράσομεν probatus Bergkio et Mein. In Vind. tamen (p. 139) Mein. δράσετε fortasse servari posse censem personarum vicibus ita

distinctis: *ΑΘΩΝ.* μὰ τὸν Ποσειδῶντο μέν γ' — *ΑΥΣ.* οὐ δράσετε; | ἄφετ' ὥγάθ' αὐτοῖς., ut cunctabundi Atheniensis orationem interpellet Lys. At minime cunctanter illa dicit Atheniensis, sed potius summa confidentia recusat quod Lacedaemonius petivit: quod apparet quum e particularis μέν γε quibus τοῦτο vel maxime effertur (quarum de particularum conjunctione v. Wehr. de part. nonnullarum apud Ar. usu. Diss. Gott. 1869. p. 18. A. de Bamberg. exerc. crit. in Ar. Pl. Progr. schol. Berol. 1869 p. 4 sq. Cf. Ach. 154. N. 1172. 1382. V. 564. Av. 612. 1136. 1608. L. 589. 720. 1165. R. 290. E. 60. Pl. 665. 701), tum ex addita obtestandi formula ἀπωμοτικῇ (μὰ τὸν Ποσειδῶντο) qua qui utitur summa cum vi aliquid negat vel recusat (cf. μὰ τὸν Ποσ.: Eq. 338. 409. 843. V. 163. E. 748. μὰ τὸν Ἀπόλλωνα: Ach. 59. 101. Eq. 14. 870. 1040. N. 732. V. 1366. P. 16. 615. Av. 263. 439. L. 917. 938. 942. Th. 269. 748. R. 508. 951. Pl. 987 [neutram formulam vides in frg. com.]. μὰ τὸν Διόνυσον: N. 108. P. 109. E. 344. Alexid. 190. μὰ τὸν Ἡρακλῆν: V. 757. μὰ Δία, μὰ τὸν Δία: v. Ind. Ar. Meinek. p. 358 et Ind. com. dict. p. 593 sq. οὐ τὸν Δία om. μά: L. 986. 990 (dor.). μὰ τὸν —: R. 1374. μὰ τὴν Ἀφροδίτην: L. 208. 252. 749. E. 999. Pl. 1069. Phoenicid. 4. μὰ τὴν Δήμητρα: Ach. 708. Eq. 435. 461. 698. 812. 1021. N. 121. V. 1442. L. 271. Th. 225. R. 42. 667. 1222. Pl. 64. 364. anon. 44. μὰ τὴν Ἐκάτην Pl. 1070. μὰ τὸν κύνα: V. 83. μὰ τὴν γῆν: P. 188. Ind. com. p. 268. μὰ γῆν, μὰ παγίδας, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα: Av. 194. μὰ τὰς κερχνῆδας: Av. 1335. μὰ τὴν Ἀναπνοήν, μὰ τὸ Χάος, μὰ τὸν Αέρα: N. 627. μὰ τὴν Όμιχλην: N. 814. μὰ τοὺς θεούς: Eq. 185. 235. N. 1239. V. 26. μὰ τὰ θεών: V. 1396. Th. 383. 566. 719. 897. E. 155. 156. 532. Add. Ind. com. p. 593 sq.). Itaque δράσετε quum nullo modo ferri possit, corruptum judicandum est: neque tamen scripserim δράσομεν, sed potius πράξετε (*ΠΡΑΧΣΕΤΕ*) ut Atheniensis dicat: „hoc quidem (sc. ut Pylus vobis reddatur) non efficietis, non impetrabitis“, qua de vi verbi πράττειν cf. R. 1414: οὐδὲν ἀρα πράξεις ὡν-περ ἡλθες εἴνεται; P. 1085: οὐδὲ ἐπὶ τῷ πραγμάτευτι [ἐπὶ τῷ γενέσθαι τὴν εἰρήνην] ποιήσεις ὑστερον οὐδέν. (Eq. 1248:

πέπραχται τοῦ θεοῦ τὸ θέσφατον: „oraculum ratum factum est, eventum habet“ Dind.; Kock. conj. κέκραγται, Mein. πεπέραχται: cf. V. 799). Pind. J. IV. (V.) 10: *κλέος πράσσειν* „impertrare“. S. Aj. 446: *ὅπλα πρ. τινί*. Plut. Cic. 33: *κάθοδον πρ.* (cf. Soph. Phil. 1399). Isoer. p. 19 A: *παρὰ τῶν θεῶν ἀγαθόν* „impertrare“. Passow. II. 1. p. 1063. —

Occasione oblata observare liceat e formulis illis ἀπο-³⁶
μοτικαῖς quas §. 35 enumeravi omnibus unam solam μὰ
Δία apud Ar. etiam in enuntiatis affirmativis (*ἐπὶ κατω-*
μοτικοῦ; schol. Pl. 187) extare addita particula *ναὶ*: at
 tamen Ar. *ναὶ μὰ Δία* 12ies (13ies) tantum dixit: Ach.
 88. Eq. 280. 338. V. 134. P. 416. 930. L. (87 ex em. Mein.
 Vind. p. 118) 1181. R. 189. E. 551. 786. Pl. 187. 890 —
 quum *νὴ Δία* 149 locis videoas, *νὴ τὸν Δία* 67ies —, et
 quidem plerumque (8ies) numeris coactus, semel opposi-
 tionis causa Eq. 338: *οὐκ αὖ μὲν ἔάσεις*; — *μὰ Δία*. — *ναὶ*
μὰ Δία. — *μὰ τὸν Ποσειδῶνα*, denique ter ita ut per numeros
 etiam *νὴ Δία* locum habeat: Ach. 88. P. 930. E. 551. In
 frg. com. non solum *ναὶ μὰ Δία* vides (Alcae. 26. Eubul.
 122. anon. 406) et *ναὶ μὰ τὸν Δία* (Eup. 257), sed etiam
ναὶ μὰ τὸν Ἀπόλλωνα Men. 732 (ex em. Mein.), *ναὶ μὰ*
τὰς Νύμφας Eupol. 79. *ναὶ μὰ τὰς κράμβας* Eupol. 79.
 Telecl. 25. *ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν* Eupol. 73. — Addo
 alteram quae quidem de omnibus comicis valet observationem usus dicendi. Quum enim obtestandi formulis *κατω-*
μοτικαῖς A r. usus sit his [v. Ind. ed. Mein.]: *νὴ τὸν Ἀπόλλωνα*,
νὴ τὸν Διόνυσον, *νὴ τὸν Ἐρμῆν*, *νὴ Δία*, *νὴ τὸν Δία*, *νὴ τὸν*
Ἡρακλῆν, *νὴ τὸν Ποσειδῶνα* (*ναὶ τὸν Διοκλέα* Ach. 774. *νεὶ τὸν*
Ιόλαον Ach. 867. *ναὶ τὸν φίλιον* Ach. 732, cf. *νὴ τὸν φίλιον*
 Pherecr. 92), *νὴ τὴν Ἀφροδίτην*, *νὴ τὴν Δήμητρα*, *νὴ τὴν*
Ἐκάτην, *νὴ τὴν Πάντροσον* (L. 439), *νὴ τὴν Ἀθηνᾶν* (P. 218:
 cf. Mein. Vind. p. 40), *νὴ τὸν θεόν* (constanter addito
 articulo [nusq. *νὴ θεόν*]: Ach. 776. Eq. 195. N. 781. 1108.
 1272. Av. 150. 1026. 1166. Th. 72. R. 152. 930. 980. Pl.
 74. 234. 287. 343. 380. 394. 412. 685. Dionys. frg. 2. Henioch.
 4. Men. 19^ο, pariter atque *μὰ τὸν θεόν*: Eq. 185. N. 1239.
 V. 26. Anaxandr. 3 (*καὶ τὰς θεάς*). Timocl. 9. Philem. 68.
 100. 130. Straton. 1. *μὰ τοὺς δώδεκα θεούς*: Eq. 235 [at

Alexid. 240: *μὰ τὴν Ἀθηνᾶν καὶ θεούς* om. art.], *νὴ τῷ θεῷ* L. 51, 113, 148, 452, 683, 731. Th. 875, 916. Pl. 1006. Pherecr. 67, 113. Alexid. 162, *νεὶ τῷ θεῷ*: Ach. 905, *ναὶ τῷ σιώ*: P. 214. L. 81 [Reisig. Synt. er. p. 17 sq.], 86, 90, 142, 983, 1095, 1105, 1174, 1180, *μὰ τῷ θεῷ*: V. 1396. Th. 383, 566, 719, 897. E. 155, 156, 532, *οὐ τῷ σιώ* om. *μά*: L. 1171 [cf. *οὐ τὸν Δία*: L. 986, 990]), *νὴ τοὺς κονδύλους* Eq. 411, *νὴ τὸν Αέρα* N. 667, *νὴ τὸν οὐρανόν* (sola in Pl. fabula: 129, 267, 366, 403, 1043: nusquam in frg. vet. com., sed singulis med. et novae com. frg. locis: Timocl. 13, Philippid. 28), praeter quas formulas in cett. com. frg. vides etiam: *νὴ τὴν Ἔστιαν*: Antiph. 182. Eubul. 62, *νὴ τὴν Φωσφόρον*: Antiph. 58. *νὴ τὴν Ἀρτεμίν*: Eriph. 2, *νὴ τὴν Ἀθηνᾶν*: Nicostr. 28. Alexid. 195. Philem. 75. Men. 460, *νὴ τὸν Θεόν*: Philem. 104. *νὴ τὸν ἥλιον*: Alexid. 241. Arched. 3. — communi consuetudine comici ex his obtestandi formulis κατωμοτικοῖς omnibus una m sola *νὴ Δία*, licet admodum raro, etiam in enuntiatis negativis admiserunt: Ar. N. 217: *ἄλλ' οὐχ οἰόν τε νὴ Δί*. — *οἰμώξεσθ'* ἄρα. Th. 640: *νὴ Δία — τιτθοὺς οὐκ ἔχει* (ubi per numeros etiam *μὰ Δία* locum habet), Diphil. 32, 25: *κίχλην γε νὴ Δίο* οὐκ ἔτι ἔστιν ἰδεῖν. Antiphan. 158, 6: *μεῖζον κακὸν οὐκ ἔστιν οὐδὲν νὴ Δία*. Philetaer. 4: *Πηλεὺς δὲ ἔστιν ὄνομα κεραμέως — ἄλλ' οὐ τυράννον νὴ Δία* (*μὰ Δία* Ar. dixit 117ies, cett. com. 12ies, *μὰ τὸν Δία* Ar. 35, cett. 8 locis). Sine ulla causa igitur et hoc postremo loco Mein. in ed. min. *μὰ Δία* scripsit et N. 217 Cobet. (Mnem. I. 419) *νὴ Δί* conjungi jussit cum eis quae sequuntur: *ἄλλ' οὐδὲ οἶόν τε.* — *νὴ Δίο* οἱ μώξεσθ' ἄρα. Ceterum hujus observationis id tantum mihi vindicarim, quod demonstravi hanc licentiam una sola in formula *νὴ Δία* comicos communi consuetudine admisisse, quod disertis verbis monuerunt neque Brunck., qui in Ind. s. *νὴ* (p. LVIII. vol. I. ed. Bekkeri) de A. r. usu dicit: „*νὴ* semper affirmat, tametsi quandoque negationi junctum occurrit, ut N. 218. Th. 640“, neque Kock. in adn. ad N. 217 (ed. III. — cf. Verism. p. 256), qui (neglecto ut videtur Brunckio) tres illos cett. com. locos addidit, —

Per anacoluthiam quamdam Attici nonnumquam nom. 37 participii absolute ponunt, quum subjecto enuntiati primarii, sive sequentis sive antecedentis, diverso aut gen. absol. exspectaris aut casum e praed. enuntiati primarii suspensum (v. Krüg. I. 56. 9. n. 4. 45. 2. n. 2 et 3. II. 45. 1. n. 1 et 2. Valcken. ad Eur. Hipp. 23. ad Phoen. 292. Elmsl. ad Ar. Ach. 334: „Atticum σχῆμα σολοικοφανές, in quo post rectum participii casum statim sequitur verbum ad diversam personam spectans“. Elmsl. ad Eur. J. T. 663. Herm. ad Eur. J. T. 708. Mein. Com. IV. praef. p. X. Nauck. Stud. Eur. I. 24. Peipers qu. cr. de Pl. Legg. p. 92.). Hujus usus dicendi 8 apud Ar. exstant exempla (ubique antecedit nom. absolutus): a) ubi exspectaris gen. absol.: 1) Ach. 24 sqq.: οὐδ' οἱ πρωτάνεις ἵρουσιν, ἀλλ' ἀωρίαν | ἐλθόντες, εἰδούσι δέ τὸν πρώτον ξύλον (v. supra p. 5 sq.). 2) P. 931 sqq.: ἀλλὰ τοῦτο γ' ἐστ' Ἰωνικὸν | τὸ φῆμ'. — ἐπίτηδες οὖν, ἵν' ἐν τὴν κληρονομίᾳ | ὡς χρὴ πολεμεῖν λέγων τις, οἱ καθήμενοι | ὑπὸ τοῦ δέους λέγωσθε Ἰωνικῶς οἵ (ex em. Bergleri et Elmsl., soli Dindorfio probata; R. V. vulg. ἐπίτηδες γ' om. οὖν, R. vulg. λέγει, V. λέγοι — v. adn. crit. Richteri, Mein. Vind. p. 47). 3) R. 1437 sq.: εἴ τις πτερώσας Κλεόποτον Κινησίᾳ | αἰδοιεν αὐτῷ πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα. 4) Ach. 1182 sq.: πτίλον δέ τὸ μέγα κομπολακύθον πεσὸν | πρὸς ταῖς πέτραις, δεινὸν ἐξηνδα μέλος „quoniam penna cecidisset ad saxa, (Lamachus) horrendum edidit carmen“. 5) Pl. 277 sq.: ἐν τῇ σορῷ νυνὶ λαχὸν τὰ γράμμα σον δικάζειν, | σὺ δὲ οὐ βαδίζεις, οὐ δέ Χάρων τὸ ξύμβολον δίδωσιν (de part. δέ in enuntiato primario posita v. Krüg. I. 69. 16. n. 4). 6) frg. 509: ἀλλὰ τὸ στρόφιον λυθὲν | τὰ κάρυα μονόξεπτεν. — b) ubi exspectaris casum suspensum: gen. 7) Ach. 1165 sqq.: ἡπιαλῶν γὰρ οἴκαδ' ἐξ ἵππασίας βαδίζων, εὗτα πατάξειε τις αὐτοῦ μεθύων τὴν κεφαλὴν μαινόμενος. dat. 8) P. 1242 sqq.: μόλυβδον ἐς τούτη τὸ κοῖλον ἐγχέας, | ἐπειτέντος δέ τοις ἕνθεις ὑπόμακρον, | γενήσεται σοι τῶν κατακτῶν κοττάβων.

Hujus alterius anacoluthiae illius generis exemplum librariorum culpa obscuratum (pariter atque P. 931 sqq.) latere censeo R. 968 sq. ubi codd. praebent:

Θηραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ καὶ δεινὸς ἐς τὰ πάντα,
ὅς ἦν κακοῖς πον περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῆ,
πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χίος ἀλλὰ Κεῖος.

Recte quidem Kock, e conj. Velseni, quum Ven. πον omittat
(C: κακοῖσι περιπέσῃ), scripsit:

ὅς ἦν κακοῖς τις περιπέσῃ καὶ πλησίον παραστῆ
— nam solum τὸ παραστῆναι de Theramene valet, τὸ
κακοῖς περιπεσεῖν de alio quovis ejus socio („wenn ein
anderer ins Unglück gerathen ist und er — Theramenes —
nahe dabei steht“ Kock.). At vix ferri potest verborum
particula καὶ conjunctorum περιπέσῃ et παραστῆ subjecti
mutatio nullo vocabulo indicata: quae offensio facillime
removetur restituto nō m. absol.:

ὅς ἦν, κακοῖς τις περιπεσών, καὶ πλησίον παραστῆ,
πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χίος ἀλλὰ Κεῖος
„qui quidem si alicui in mala incidenti (κακοῖς περιπεσόντι
τινὶ) vel proxime adstet, tamen ipse extra mala versatur“ —
ut jam καὶ significet „vel“ vim adv. πλησίον augens.

38 R. 197 sqq. κάθιζ' ἐπὶ κώπην. εἴ τις ἔτι πλεῖ σπεν-
δέτω. | οὗτος τί ποιεῖς; — ὅ,τι ποιῶ; τί δ' ἄλλο γ' | ίζω' πὶ²
κώπην οὐπερ ἔκελενές με σύ; — οὔκουν καθεδεῖ δῆτ' ἐν-
θαδί, γάστρων; — ἴδού. Miror Kockium h. l. ita inter-
pretari: „κάθιζ' ἐπὶ κώπην“ nämlich um rudern zu helfen.
Dionysos aber fasst die Worte so auf, als sollte er sich der
Bequemlichkeit halber ans Ruder setzen.“ Immo
„ambigua sunt Charontis verba κάθιζ' ἐπὶ κώπην, quae
primum significant conside ad remum, tamquam remex
qui a Graecis appellari solet πρόσκωπος, interdum etiam ὁ
ἐπὶ κώπη“ (cf. Eur. Alc. 440: ὅς ἐπὶ κώπᾳ πηδαλίῳ τε γέρων
ίζει); „deinde vero eadem verba significare possunt conside
in remo, super remo (cf. Hdt. II. 55. VIII. 52. Matthiae
gr. gr. p. 1169 ed. II.): hac igitur locutionis ambiguitate
callide utitur Dionysus qui a Charonte ad remum considere
remigandi causa jussus in ipso potius remo consederit“
(Fritsch.), quippe qui sit rerum navalium imperitus (203 sqq.
κάτα πῶς δυνήσομαι | ἄπειρος ἀθαλάττωτος ἀσαλαμίνιος | ὥν
εἰτ' ἐλαύνειν). Hanc interpretationem (jam a schol. prolatam;
κάθιζ' ἐπὶ κώπην: ἵγουν ἐπὶ τῷ μεταχειρίζεσθαι ταῦτην· ὁ δὲ

παρανοίσας ἐπάνω ταύτης ἐκάθισεν. Cf. Bergler: „supra remum sedet“. Dind.: Dion. super remo sedere videt Charon.“) unice probandum esse manifesto docent verba Charontis (200): *οὐκον καθεδεῖ δῆτ' ἐν θαδὶ, γάστρων;* „nonne ergo huc consides?“ i. e. ad remum, neque vero in remo — ad quae Dion. respondet *ἰδού jam tandem ad remum considens.* Significat autem ἐπὶ c. acc. apud Ar. „in summam aliquam rem“ (auf); Eq. 169. N. 147. 255 (*καθίζειν ἐπὶ σκύπτοδα*). 279. 1487. Av. 560. R. 130. 566. 628. frg. 129. „ad aliquam rem“: R. 137. Pl. 656. V. 321. 987. R. 1365. Pl. 675. 683. 686. Ach. 866. Av. 129. R. 436. Pl. 959. 962. 1007. frg. 230 b.

E. 496 sqq. ἀλλ' εἴτα δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον παραβλέποντα θάτερο πάλιν μετασκεύαζε σαντήν αὐθίς ἥπερ ἡσθα. Mein. Vind. p. 194 sq. non intelligit quo sensu dictum sit ἐπὶ σκιᾶς; neque sufficere quod Brunck. dicat ἐπὶ gen. junctum motum ad locum significare: ἐλθοῦσα enim cum verbis πρὸς τὸ τειχίον conjungendum esse; videri igitur poetam scripsisse ἐπὶ σκιᾶς „in umbra“. At media inter δεῦρο et ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον interposita verba ἐπὶ σκιᾶς nullo modo possunt non artissime conjungi cum illis, ut nihilominus redeundum sit ad Brunckii interpretationem: „in umbram ad murum abscedunt mulieres ut ibi vestem mutent“. At neglexit Brunck. usum Ar. qui quidem ἐπὶ c. gen. nusquam dixit de motu (cf. Krüg. I. 68. 40. n. 3) sed constanter de quieto statu („in summa alqa re“: Ach. 70. 82. 638. Eq. 754. 771. 956. 968. 1244. N. 218. 1176. 1431. 1502. V. 68. 90. 332. P. 81. 452. 699. 896. 938. Av. 40. 41. 293. 487. 510. 515. 742. 836. L. 31. 60. 231. 232. 389. 395. 561. 575. 723. 732. 846. 923. Th. 693. R. 52. 928. E. 222. 909. Pl. 256. 382. 875. 996. 1014. 1198. frg. 49. 117. 182. 185. 198. 274. 408. „ad, apud“: Ach. 602, L. 103: ἐπὶ Θράκης. V. 288, P. 283, Av. 1369: τὰν Θράκης (χωρία). Eq. 1312: ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν „apud deas, in templo d.“ [cf. Thuc. I. 126]. „in“: V. 354, 557, L. 100: ἐπὶ στρατιᾶς. E. 756: ἐπὶ στοίχου. V. 1516: ἐφ' ἡσυχίας). Accedit autem quod voc. σκιά respuit praep. ἐπὶ, requirit ut sibi propriam praep. ὑπό: cf. ὑπὸ σκιᾶς Eur.

Bacch. 458. ὑπὸ σκιῆ Hdt. VII. 226. ὑπὸ σκιᾶ Pl. Phaedr. 239 C. ὑπὸ σκιαῖς Xen. Oec. 20, 18. ὑπὸ σκιάν Eur. H. f. 973. ὑπὸ τὴν σκιάν (ἐκαθέζετο) Andoc. I. 38 — quo ab usu cur Ar. recesserit h. l. numeris non coactus prorsus non intellegitur. Itaque scribendum censeo: δλλ' εἰδενός ὑπὸ σκιαῖς ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τείχιον „huc sub umbram abscedens ad murum“: nam etiam e. d. at. ὑπό verbis movendi additur, simul quietum statum indicans qui motum excipit: cf. V. 386: ἦν τι πάθω γάρ, ἀνελόντες τε καὶ κατακλύσαντες θεῖναι μὲν πὸ τοῖσι δρυφάκτοις „sepeliat me sub cancellis“ et Th. 562: (ἡ γυνὴ) ὑπὸ τῇ πυξέλῳ κατώρυξεν ποτε (τὸν ἄνδρα) [saepius tamen verba movendi etiam apud Ar. a. c. adsciscunt: N. 192. 1300. P. 199. 722. L. 428. Th. 133. Pl. 735]; dat. σκιαῖς autem accusativo σκιάς propterea praetulerim, quod cod. B. Γ. praebent σκιᾶ, cett. σκιᾶς, quod utrumque ex eadem deducendum est cod. archetypi scripture **ΣΚΛΑΙΣ (ΣΚΛΑΣ — ΣΚΛΑΙ)**. Haud raro autem ὑπό et ἐπί permutantur a librariis: e. e. in verbis ὑπακούειν et ἐπακούειν (de quibus v. adn. Kock.): N. 263. 274. E. 515. ὑπενεγκοῦσαι L. 568 (ἐπεν. V. 1.). ἐπακειλοῦντες V. 670 (ὑπ. V.). — ὑμῶν ὑπακούων V. 318 (Cobet. ἐπακ., cui tamen preferendum quod Herward. append. ad stud. cr. in p. scen. p. 6 conj. ὑμῶν ὅπ' ἀκούων cll. P. 400. 804).

40 Av. 339 sq. αἴτιος μέντοι σὺ νῷν εἰ τῶν κακῶν τούτων μόνος. | ἐπὶ τι γάρ μὲν ἐκεῖθεν ἡγεῖς; — ἦν' ἀκολούθοις ἐμοὶ. Recte haec interpretatur Kock. „Die ironische Antwort des Peithetäros missversteht absichtlich das ἐπὶ τι der Frage des Euelpides“ — afferre tamen poterat l. simillimum V. 312 sq. ubi quum pueri exclament: τι με δῆτ' ὁ μελέα μῆτερ ἔτικτες; respondet chorus patrum ironice: ἦν' ἐμοὶ πράγματα βόσκειν παρέχης (recte enim v. 313 choro patrum tribuit Cobet. V. L. p. 67, probatus Bergkio Mein., quum vulg. ambo versus tribuerentur choro puerorum). — Ceterum de formula ἐπὶ τι; „quo consilio, cur?“ cf. N. 256. L. 480 sqq.: ὅ, τι βουλόμεναι ποτε τὴν Κραναὰν κατέλαβον ἐφ' ὅ, τι τε μεγαλόπετρον ἄβατον ἀκρόπολιν. L. 1101: ἐπὶ τι πάρεστε δεῦρο; — περὶ διαλλαγῶν πρέσβεις (v. p. 24 sq.).

N. 494 sqq. φέρ' ἵδω, τί δοξει, γῆν τίς σε τύπτῃ; — 41
 τύπτομαι, | ἔπειτ' ἐπισχὼν ὀλίγον ἐπιμαρτύρομαι, | εἰτ'
 αὐθις ἀκαρῆ διαλιπών δικάζομαι. Kock, dicit in adnot.
 „ἀκαρῆ] nämli. χρόνον. Plut. 244: ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. Anders
 Av. 1649. V. 541. 701.“ Haec mihi non probantur. Nus-
 quam enim adj. ἀκαρῆς (quo primus usus est Ar., deinde
 e comicis Alexis, Xenarch., anon., e scriptoribus auctor
 Pl. Axiochi 366 C., Dem., Plut., Aretae., Luc., Alciph.,
 Aristid. al.) notioni temporis (χρόνος, ὥρα sim.) attributi
 loco additum vides (ἀκαρῆς χρόνος, ὥρα), sed ubique notio
 temporis gen. partitivo posita pendet ex adj. illo
 neutro ἀκαρές posito: cf. (ἀκαρές ὥρας μόριον Plut. Mor.
 1062 A. ἐν ὥρας ἀκαρεῖ ἑσπῆ Euseb. V. Const. II. 12).
 ἀκαρές ὥρας Plut. Anton. 28. ἀκαρές χρόνου Plut. Symp. IV.
 670 C. ἐν ἀκαρεῖ (τοῦ) χρόνου Luc. Tim. 23 (cf. 3) [v. Hem-
 sterh. ad Luc. vol. I. p. 105. Reiz. Lex. Luc. p. 15]. Alciph. III. 56. Aristid. XXXIV. p. 439 (146). ἐν ἀκαρεῖ χρόνου καὶ
 ὥρας Plut. Mor. 75 C. ἐν ἀκαρεῖ τῆς νυκτὸς οὐσῆς Luc. Philo-
 patr. 21. (absol. ἐν ἀκαρεῖ „puncto, brevissimo momento
 temporis, repente, subito“ Luc. Asin. 37. Scyth. 8. οὐδ'
 ἀκαρές „ne punctum quidem temporis“ Plut.; ἐπ' ἀκαρές „in
 momentum temporis“ Aretae.). Cf. Valcken. ad Ammon. I.
 4. Koen. ad Gregor. Cor. p. 34. Itaque Ar. Pl. 244:
 γυμνὸς θύρας ἐξέπεσον ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ Dind. (poet.
 scen.) et Mein. recte dat. χρόνῳ mutarunt in gen. χρόνον,
 quem praebent Etym. M. Gaisf. 45, 26 et Alciph. III. 56
 qui h. l. manifesto imitatur: ἀνάγκη σε γυμνὸν τῆς οἰκίας
 θύρας ἐν ἀκαρεῖ χρόνον ἐκβληθέντα ἐπεσεῖν. N. 496
 autem: ἐπισχὼν ὀλίγον ἐπιμαρτύρομαι, εἰτ' αὐθις ἀκαρῆ
 διαλιπών δικάζομαι non subintelligendum est χρόνον neque
 ad ἐπισχῶν ὀλίγον neque ad ἀκαρῆ διαλιπῶν, sed utrum-
 que adj. accipendum est pro neutro absolute posito, ὀλίγον
 singularis, ἀκαρῆ pluralis (cf. Thuc. V. 10, 11: οὐ πολὺⁿ
 διαλιπῶν ἐτελεύτησε „haud ita multo post“ = οὐ πολὺⁿ
 χρόνον, ὀλίγον χρ., χρόνον διαλιπών: Pl. Epist. VII. 345 C.
 Phaed. 118. Isocr. de pace 10. Pl. Phaed. 117 E), pariter
 atque ceteris 3 locis Ar.: Av. 1649: τῶν πατρῷων
 οὐδ' ἀκαρῆ μέτεστι σοι (= οὐδὲ μικρόν, ὀλίγον schol.; cf.

anon. frg. 4: οὐδ' ὁ σον ἀκαρῆ τῆς τέχνης ἐπίσταμαι). V. 541: οὐκέτι πρεσβυτῶν ὅχλος χρήσιμός ἐστ' οὐδ' ἀκαρῆ (schol. οὐδὲ βραχύ, οὐδὲ τὸ τυχόν). V. 701: πόλεων ἄρχων πλείστων οὐκ ἀπολαύεις πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις ἀκαρῆ [Brunck. e Suid. s. v. scripsit ἀκαρές] (schol., Ammon. diff. voc. p. 10: βραχύ; cf. Xenarch. 7: τοῦ μὲν ἀκαρῆ παντελῶς | κατέχεε, κατὰ τῶν ἵκθύων δ' ἀπαξάπαν sc. τὸ ὑδωρ, ubi quum Athenaei VI. 225 C cod. B praebeat ἀκαρεῖ, C ἀκαρεῖ, Mein. cogitavit de adv. ἀκαρί, sine causa me judice: eodem modo enim Ar. N. 496 pro ἀκαρῆ διαλιπών codd. dett. pauci praebent partim ἀκαρεῖ [Dobr. s. Harl. 5, Mut. a], partim ἀκαρεῖ [Mut. b., Leid. Ernestii] et Av. 1649 pro οὐδ' ἀκαρῆ μέτεστι σοι edd. vett. paucae [Junt. II. Gel. Port. Lugd. Amst.] ἀκαρεῖ; adde quod V. 541 et 701 Rav. habet ἀκαρῆ pro ἀκαρῆ). Ceterum οὐδ' ἀκαρῆ, μηδ' ἀκαρῆ dixerunt etiam Dem. L. p. 674 et Luc. Denique in frg. com. ter vides ἀκαρῆς praedicative possum, ut referatur ad subj. enuntiati, significans „propemodum“: Alexid. 142: ἀκαρῆς πεφιλυππίδωσαι. Men. 746: ἀ. παραπόλωλας. anon. 5: ἀ. κατέπεσον — quod idem significant παρ' ἀκαρῆ (= παρὰ βραχύ) ap. Pl. Axioch. 366 C et simpliciter ἀκαρῆ ap. Alciph.

- 42 Av. 1011 sqq. Pithetaerus Metonem monet ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ et quaerenti ei τι δ' ἔστι δεινόν; respondet: ὡσπερ ἐν Λακεδαιμονίῳ | ξενηλατεῖται καὶ κεκίνηνται τινες | πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ, ad quae ille quaerit μῶν στασιάζετε; Ante Brunck. distinguebatur commate post κεκίνηνται τινες, ut κινεῖσθαι sit „per seditionem ejici“ („aliqui jam sunt ejecti“ Hemst. et Bergl.), ad πληγαὶ συχναὶ autem subintelligatur εἰσίν. At peregrinos expelli e Nephelococcygiis jam satis significavit Pith. verbo ξενηλατεῖται, desideratur autem ad κεκίνηνται τινες quod subdole supplerunt Hemst. et Bergl. in versione vocab. ἥδη. Itaque recte fecit Brunck. omnibus fere deinceps edd. probatus, quod inter se conjunxit potius verba καὶ κεκίνηνται τινες | πληγαὶ συχναὶ κατ' ἄστυ („frequentes per urbem infligi cooperunt plagae“): neque enim intelligo quo jure Dind. olim contenderit τινες πλ. σ. recte dici non posse, sed potius dicendum esse πλ. συχναὶ τινες: saepe enim, etiam ap. Ar. τις substantivo

antecedit. Nuper vero Kock. (cf. progr. schol. Memel. 1864) locum conjectura tentavit hac: *κεκίνηται γρένες.* | *πληγαὶ συχναὶ καὶ ἄστιν* (sc. εἰσίν): at sine causa me judice offendit et in locutione *κεκίνηται πληγαῖ:* cf. enim R. 759: *πρᾶγμα μέγα κεκίνηται ἐν τοῖς νεκροῖσι καὶ στάσις πολλή.* Pl. Reip. VIII. 566 E.: *κινεῖν πολέμους.* Xen. Symp. 1, 14: *γέλωτα κινεῖν — et in conjunctis inter se vocabulis συχναῖ τινες:* exempla enim quae desiderat hujus usus haec sunt: Pl. Protag. 315 D: *ἐγκεκαλυμμένος ἐν κωδίοις τισὶ καὶ στρώμασι καὶ μάλα πολλοῖς.* Legg. III. 678 D: *παυπόλλαις τισὶν (γενεαῖς),* 682 B: *ἐν πολλοῖς τισὶ χρόνοις.* — Ceterum *ξενηλατεῖται,* quod e conj. Hauptii recte restituerunt Mein. et Kock. (codd. — *τοῦνται*), ante Hauptium proposuit jam John Seager (v. ed. Bekk. IV. p. 200).

Ἐθέλω et *θέλω* (v. Krüg. II. §. 39. p. 119).

43

Constanter formam ἐθέλω usurparunt Homerus certique epicis, fortasse etiam Pindarus (v. Boeckh. not. crit. p. 438 sq.). Idem fere valet de poetis elegiacis: e. c. Tyrtaeus unico loco (XII. 40) ἐθέλει dixit, Solon 5ies ἐθέλειν (IV. 28. XIII. 8. 13. XXXIII. 5. XXXVII. 1), semel θέλειν (XXVII. 12: ἀπάλαμνα θέλει, quod tamen facillime in ἀπάλαμν' ἐθέλει mutari potest), Phocylides unico loco θέλω (frg. XII.) [Pseudophocylides ter ἐθέλω: 21. 159. 160, nusq. θέλω], Theognis constanter ἐθέλω (27 locis: vv. 70. 104. 139. 225. 285. 286. 328. 352. 388. 391. 447. 468. 473. 606. 613. 651. 673. 852. 858. 861. 919. 938. 1094. 1181. 1279. 1318. 1342); praeterea 7ies ἐθέλειν vides in frg. eleg. Bergk. ed. lyr. (II. pp. 598. 603. 620. 626. 667. 677. 685), nusq. θέλειν. — Tragici vero in trim. jamb. solam formam decurtatam θέλειν usurparunt (pariter atque jambographi: cf. Simonid. Amorg. 1, 2. 7, 13. Hippoact. 22. Scythin. 3, 4 Bgk.), quum in anapaestis et in lyricis partibus etiam ἐθέλειν admiserint (cf. Lob. ad S. Aj. 24). — E scriptoribus Herodotus, Thuc. (Popp. proll. I. 1. p. 211. Boehm. ad VII. 18, 2), Xenoph. (Kühn. ad Mem. I. 2, 9; cf. ibid. adn. crit. Sauppii), Plato (Schneid. ad Civ. III. p. 150 sqq. Lob. ad S. Aj. 24) post consonam literam ubique ἐθέλειν

dixerunt, post vocalem nonnumquam etiam θέλειν, haud ita saepe tamen (cf. Hdt. I. 24: μεγάλα, θελῆσαι. I. 109: εἰ δὲ θελήσει. Thuc. post μή: II. 51, 5. V. 35, 3. V. 72, 1. VI. 91, 4; post εἰ: VI. 34, 4; Platonis exempla v. ap. Ast. lex. I. 595), quae eadem est ratio oratorum Atticorum, nisi quod vocali antecedente plerumque θέλειν posuerunt, ita tamen ut ἐθέλειν quoque admittant, quod accuratissime docuerunt G. Benseler. ad Isocr. Areop. p. 157 sq. et M. Meier. Opusc. acad. I. 172 sq., a quibus tamen ita dissentio, ut Sauppium Ep. cr. p. 36 secutus apud scriptores Atticos pedestri sermone usos post literas vocales per aphaeresim θέλειν potius quam θέλειν scribendum esse censeam. Lysiam constanter ἐθέλειν dixisse et post cons. et post vocalem ostendit Pertz. quaest. Lys. II. p. 7. — Jam restant poetae comicci: solo de Ar. disputavit Meier. l. c. p. 171, neque tamen satis accurate, ut quaestio denuo sit instituenda et in cett. com. extendenda.

A) Forma ἐθέλειν apud Ar. praeter impf. ἡθελον et aor. ἡθέλησα (Ach 57. 538. Eq. 231. Av. 555. L. 527) 37ies invenitur: 1) 16ies in anap. (dim. et tetr.): Eq. 791. N. 917. V. 720. 722. Av. 581. L. 543. 597. R. 1065. E. 584. Pl. 512. 523. 528. 613. frg. 16, antecedente vocali elisa N. 939 bis: δρᾶν ταῦτ' ἐθέλω, — καὶ γωγ' ἐθέλω; deinde 2) 5ies in canticis, vulgari tamen sermone compositis: Eq. 991. V. 291. 1456. E. 897, antecedente vocali elisa: V. 536: σ' ἐθέλει; denique 3) 16ies in trim.: et quidem a) 14ies ita ut forma ἐθέλειν anapaestum complectatur: in 1. pede: Ach. 354. L. 111. 134. Pl. 378. frg. 156, in 2. p.: N. 798. 1232. E. 182, in 3. p.: R. 101, in 4. p.: R. 613. Pl. 467, in 5. p.: Av. 1598. Pl. 375. frg. 260 — antecedente vocali elisa: N. 1232 (*ταῦτα*). R. 613 (*δεῦρα*). frg. 260 (*ἡδίκην*). b) bis in tribracho, in 4. pede: Av. 1597: νῦν | τ' ἐθέλομεν εἴ δοκεῖ et P. 852: οὐ|γὰρ ἐθελήσει | φαγεῖν. Flagitatur igitur forma ἐθέλειν numeris quater tantum: N. 1232. P. 852. R. 613. frg. 260, quum ceteris 12 locis omnibus per numeros etiam θέλειν locum habeat.

mulierem *A*, m. *B*, quae illa dicit, indicat voc. καγωγε 65), qua de significacione cf. Eq. 50. 488. N. 78. 247. 1213. Av. 381. L. 497. E. 657. 986. 990. V. 55 (R. V. edd. recc.; πρότερον vulg. Mein.) — N. 507 (Ven.; R. cett. πρότερον = πρό τοῦ καταβαίνειν εἶσω, quod h. l. videtur praeferendum: cf. P. 1074 ubi R. V. recc. edd. recte πρότερον exhibitent, vulg. πρῶτον, quum loco respondenti 1107 omnes recte praebant πρότερον); — add. πρῶτον πρὶν λέγειν Ach. 383. Th. 380, inverso ordine πρὶν ἀν — πρῶτον E. 1017 (cf. πρότερον — πρὶν Av. 700. R. 673. E. 588. 620. 649. πρὶν — πρότερον Eq. 761). πρὶν — πρῶτον dixit e. c. etiam Lysias XIII. 17; εἴλοντο πρὶν τὴν ἐκκλησίαν γενέσθαι τούτους πρῶτον εἰς διαβολὰς καὶ κινδύνους καταστῆσαι, ubi sine causa πρότερον scripserunt Westerm., Herwerd., Frohb.

- 58 P. 1053: ὅπτα σὺ σιγῇ κάπαγ' ἀπὸ τῆς ὁσφύος (sc. τὸν ὀβελίσκον): in his verbis ἀπαγε (τὸν ὄβ.) quod quidem unam singularem actionem significat „remove veru“, me judice adversatur sententiae loci manifesto notionem status conditionisque perpetuae flagitanti: „cave ne lumbum attingas, abstine lumbo veru“ (schol. οἷον πρόσεχε μὴ ἄψῃ αὐτῆς· ταύτῃ γὰρ μανιεύονται). Itaque scribas κάπεχ' ἀπὸ τῆς ὁσφύος (cf. R. 1224: κάπέχου τῆς ληκύθου), ut jam ἀπό adverbii fere instar verbo statum significanti junctum indicet alqd loco distare, remotum esse ab alqo „procul a“, qua vi quater occurrit apud Ar. (ter in frg. com.): P. 601: ποῦ ποτὲ ἦν ἦδε (sc. ἡ Εἰρήνη) ἀφ' ἡμῶν τὸν πολὺν τοῦτον χρόνον; apud v. ἀπέχειν τι P. 162, 163: τὴν ἔτιν' ἀπό τινος. L. 719: τὰς γυναικας ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν (Crat. 16. Philem. 11. Euphron. 11). Eodem intellectu unus e. com. Ar. semel usurpavit adv. ἀπωθεν c. gen.: Pl. 674: χύτρα τις κειμένη δλίγον ἀπωθεν τῆς κεφαλῆς του γραδίου. Idem solus semel admisit etiam τηλοῦ c. gen., neque tamen propria significacione „procul a“ (Krüg. II. 47. 29. n. 1. Passow. II. 2. 1184 = τηλοῦ ἀπό τινος Hes. Th. 304, ut τῆλε τινός, ἀπό τινος saepe ap. Hom. et cett. epp.: Passow. p. 1882), sed ita potius, ut gen. sit partitivus: N. 138: τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν „procul hinc habito in agris“ (cf. Av. 1704: πανταχοῦ τῆς Ἀττικῆς. P. 1171: τηγικαῖτα τοῦ θέροντος. Av. 1498: πηγίνικ' ἔστι τῆς ἡμέρας;

Krüg. I. II. 47. 10. n. 4). Schol. ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς ἀγροῖς. — πόρρωθεν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν. — ἀμφίβολον πότερον λέγει πόρρω τῶν ἀγρῶν ἑαυτὸν κατοικεῖν η̄ ἐν τοῖς μακράν καὶ πολὺ τῆς πόλεως ἀπέχουσι. λέλεκται δὲ αὐτὸν παρὰ τῷ Εὐρυπίδειον, ὅπερ οὗτος ἔχει: τηλοῦ γὰρ οἰκῶν βίστον ἔξεργυσάμην (Kock. „der Schluss des Verses sieht wohl wie eine Parodie aus; aber Eur. frg. 877 N. das die Schol. citiren, liegt zu weit ab“). Conjecti quidem facillime possit poetam scripsisse: τηλοῦ γὰρ οἰκῶν γάρ ν ἀγρῷ (cf. R. 28: ἔχω γάρ. L. 743: μόλω γάρ. Eq. 420: κάγω ν τοσούτῳ. Krüg. II. 14. 9. n. 4; de sing. ἀγρός sine art. posito v. §. 30 p. 40 sqq.); at videtur vulg. defendi simili adv. πόρρω usu (cf. Xen. An. IV. 3. 28: πρόσω τοῦ ποταμοῦ προβαίνειν. Pl. Euthyphr. 4'B: πόρρω σοφίας ἐλαύνειν. Protag. 310 C: πόρρω τῶν ννυτῶν. Krüg. I. 47. 10. n. 4. Passow. II. 1. 1037 sq.). — Hoc ipsum adv. πόρρω (cf. Ach. 646, N. 213. 217. V. 192. P. 198. Av. 1483. Cratin. 320. Plat. 66. Antiph. 196. Anaxil. 21) nusquam comicī gen. junixerunt ut loci distantiam indicet „procul a“ (ut e. c. ap. Pl. Legg. VIII. 800 C: πόρρω τῶν βωμῶν. Xen. An. III. 2. 22. Cyr. II. 4. 17. Krüg. I. 47. 29. n. 1): semel metaphorice (cf. Pl. Reip. IX. 581 E. Phaed. 96 E. Soph. 234 C. Heind. ad Lys. 212 A) occurrit ap. Ar.: V. 192: πονηρὸς εἰ πόρρω τέχνης καὶ παράβολος „sine arte“ h. e. natura et ingenio (schol. οὐκ ἀπὸ τέχνης τινὸς πονηρὸς εἰ οὐδὲ ἀπὸ μελέτης ἀλλὰ φύσει. Cf. 1281 sqq.); ἀπό vero nusquam metaphorice vides usurpatum a com. (e. c. pro ἀπὸ καιροῦ „intempestive“ Pl. Theaet. 187 E Ar. dixit μὴ ν καιρῷ: R. 358, pro ἀπ’ ἐλπίδος „praeter spem“ παρ’ ἐλπίδας: P. 793). — Verbo ἀπεῖναι „abesse“ Ar. gen. sine praep. junxit N. 705 (lyr.): ὑπνος ἀπέστω ὁμάτων „absit ab oculis“. Eadem ratione inde ab Hdt. et Thuc. constantē dicitur ἀποκλίειν τινά τινος et proprie et translate (cf. e com. Ar. L. 423: ἀποκέλλαι τῶν πυλῶν. Timocl. 23: τῆς θύρας ἀποκλίμην; occurrit autem etiam dat.: V. 334: σ' ἀποκλήσων τῇ θύρᾳ. 775: οὐδείς σ' ἀποκλήσει θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδῃ), quare V. 601 ubi tradita sunt: σκέψαι δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν οἵων μ' ἀποκλήσις [μ' add. Hirschig.] καὶ κατερύκεις, quam sententia h. l. unice apta manifesto haec sit: „collige ex his

(quae modo enumeravi) a quibus me excludas et arceas commodis“, recte scripsit Mein. ex em. Hamak. ἀπὸ τῶνδ’, quod conjungatur cum verbo σκέψαι, ut jam non opus sit conj. Bergkii satis audaci σκέψαι δέ μ' ὅσων ἀγαθῶν οἵων τ’ (cf. autem de sententia Eq. 807: γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφόρῃ παρεχόπτου, de coll. verborum ἀγαθῶν οἵων N. 1072: σκέψαι — ἡδονῶν ὅσων μέλλεις ἀποστεφεῖσθαι. Av. 143. Eq. 1218 al., denique de usu illo praep. ἀπό, quo apud verba cognoscendi, judicandi, colligendi indicat unde proveniat sententia, quo nitatur judicium: E. 780. Eq. 427. N. 385. Pl. 577. V. 76. Alexid. 294).

59 *Ἐνδον* et *ἐντός*.

Ἐνδον ap. Ar. 51 locis occurrit, 28ies in frg. com., ubique fere (50—26 locis) significans „domi“: Ach. 330 (ubi errat Blaydes.: v. Müller.). 395, 396 bis. 397 bis. 399 bis. Eq. 63 (*τοὺς ἐνδον* ut Mnesim. 4 = *τοὺς ἐνδοθεν* Pl. 228. 964 = *τοὺς ἐν τῷκίᾳ* V. 827 = *τοὺς οἰκέτας* Eq. 65, N. 5. 7. R. 982. Pl. 26. Ind. com. p. 688 sq.). 1393. N. 879. 1361. V. 70. 110. 198. 561. P. 1150. 1152. Av. 1107. L. 149. 454. 495. 510. 516. 894. 1201. Th. 41. 397. 794. 881. 884. R. 514. 520. 757. E. 225. 336. 375. 950. 1036. 1062. Pl. 393. 626. 643. 795. 819. 822. 893. 1138. frg. 203. 279. Ind. com. p. 369. Restant 3 loci, 1 Ar., 2 cett. com.: illo Th. 1187 *ἐνδον* in oratione Scytha e significat „sub veste“ (ut εἴσω ap. Dem. XIX. 251. 255: εἴσω τὴν χεῖρα ἔχειν, ἐντός ap. Xen. R. L. 3, 4: τὸ χεῖρε ἐντὸς τοῦ ἴματίου ἔχειν; errare videtur de Dem. Fritzsch. in adn.), ap. Herm. 2: τὰ δὲ ἐνδον οὐδὲν διαφέρεις δράκοντος et Men. 641: ἔξωθεν εἴσιν οἱ δοκοῦντες εύτυχεν | λαμπροί, τὰ δὲ ἐνδον πᾶσιν ἀνθρώποις ἵσι locutio τὰ ἐνδον animum significat et ingenium hominis. Nusquam com. adverbio *ἐνδον* gen. addiderunt (sed *ἐνδον* ἐν ταῖς οἰκίαις Philem. 28 ut *ἐνδοθεν* ἐν τῷ σώματι Hegesipp. 1, 15), nisi Ar. Th. 41 in cant. anap. quo elatum tragg. (praecipue Agathonis) genus dicendi imitatur: ἐπιδημεῖ γάρ | θίασος Μουσῶν ἐνδον μελάθρων. Quare nullo modo probari potest conj. Bergkii V. 1115 sq. (tetr. tr.) pro οἱ μέροντες ἥμων τοῦ φόρου | τὸν πόνον κατεσθίουσιν scribi jubentis *ἐνδον οὐρόφον* „intra tectum“ quod Ar. (pariter atque

cett. com.) dixisset potius *ἐντὸς τοὐράγον*: hoc autem e verbis traditis vix potest elici. — Adv. *ἐνδοθεν* quod vides ap. Eupol. 159 et Posidipp. 22, Ar. nusq. admisit, quod neglexit Dawes. Misc. cr. p. 211 sq. — Denique *ἐνδοθεν* 25ies occurrit ap. Ar., 9ies in frg. com.: plerumque significans „e domo“: Ach. 805. Eq. 101. 110. N. 1164. V. 177. 350. 833. 861. P. 233. 310. L. 199. 456. 1197. 1223. 1241. Th. 238. 794. E. 337. Pl. 228. 964. frg. 285 (de attractione articuli v. p. 30). Ind. com. p. 39; de interioribus rerum dictum: Men. 528, *nubium*: N. 405, *corporis*: Eq. 377. Antiph. 87. Hegeissipp. 1, *a animi*: R. 814; *χόλον ἐνδοθεν* ἔσει et L. 512: *ἀλγοῦσαι τὰνδοθεν* (schol. *τὴν καρδιὰν λυπούμεναι*) = *τὰ ἐνδον* Herm. 2. Men. 641 (simil enim alias loci ratio habetur: v. Krüg. I. 50. 8. n. 13).

ἐντός Ar. 5ies tantum usurpavit, ubique gen. junctum ut significet „intra fines spatii alicujus“: Ach. 44; *ἐντὸς τοῦ καθάρματος*. L. 847: *οὐντὸς τῶν φυλάκων ἐστώς*, frg. 291: *μηδὲ γείεσθ' αὐτ' ἀν ἐντὸς τῆς τραπέζης καταπέσῃ*. Av. 390: *τῶν ὄπλων ἐντός* „intra castra“ (ἐν ὅπλοις L. 633. R. 1532 = armatus). E. 984: *τὰς ἐντὸς εἰκοσιν* sc. *ἔτῶν* „quae intra 20 annos natae sunt“. Perperam igitur Fritzsch. Th. 67 sq.: *χειμῶνος οὐν | ὄντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ ἁδίον* pro *ὄντος* scripsit *ἐντός* quod sit „domi“, quod Ar. (pariter atque cett. com.) dixit potius *ἐνδον*, etiam ubi elatiore utitur genere dicendi (Th. 881. 41); neque omnino offendendum est in part. *ὄντος* ab initio trimetri collocato (cf. |*ὄντων*: E. 1134. Men. 477. 642. |*ῶν*: R. 205. |*οῦσα*: Eur. Bacch. 314. |*ὄντες*: Eur. Cycl. 709. — |*εἰσίν*: Th. 391), *χειμῶνος ὄντος* autem dixit Ar. etiam Eq. 883. V. 445. R. 1188. E. 421 (cf. anon. 225). — In frg. com. *ἐντός* 6ies vides: Dionys. 3: *τὰντός* (interiora piscis). Herm. 1: *ἐντὸς ἔχων τὰ πάντα ἐν αἵτῳ*, c. gen.: *ἐντὸς πυλῶν*: Posidipp. 21, *ἐν τῶν ὀδόντων*: Antiph. 202, (*ἄς εἰ γάγοι*) *τις ἐντὸς ἐξήκοντ' ἔτῶν* „p nondum sexagenarius“: Amphid. 20 (opp. *τὰς ὑπερεξηκοντέτεις* Ar. E. 982. Cf. Pl. Legg. XII. 593 B: *ἐντὸς δραχμῶν πεντήκοντα*. Ar. E. 1025: *οὐ κύριος ὑπέρ μέδιμνόν ἐστι' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι*), denique *πᾶς ὁ φύσεως ἐντός*: Damox. 2, 34. — *ἐντοσθεν* quum proprium sit epicorum (v. Passow.) omnino non invenitur apud Atticos.

60 *Ἐξω et ἐκτός.*

Quum Attici omnes constanter *ἐξωθεν* dicere soliti sint (e com. cf. Ar. N. 974. Men. 641), nusquam fere *ἐκτοσθεν* (praeter unum Soph.: El. 803), comici jam id sibi habent proprium, quod constanter dixerunt *ἔξω*: Ar. 13ies, cett. 14ies: de statu: Ach. 398. V. 658. R. 970. 1179. Antiph. 167 (= praeter). Dionys. 3. Philem. min. 1. Men. 159. 196. Euphron. 4. de motu: Ach. 1097 sq. 1118. N. 406. 1388, 1510. P. 1316. Av. 497: *προκύπτειν ἔξω τείχους*. Pl. 1196. Stratt. 65. Antiph. 74. 114. 118. 232. Mnesim. 4. Men. 167. Posidipp. 21: *ἔβαδιζες ἔξω τῶν πυλῶν* (ubi respondet *ἐντός πυλῶν* [cf. Ar. Av. 497 et 390] ut *ἔνδον* Ach. 398 sq. Dionys. 3. — Men. 641: *ἔξωθεν — τὰ δ' ἔνδον*) —

ἐκτός vero prorsus vitent. Nam ap. Cratin. 197 pro *ἐκτός οὐ πολλοῦ χρόνου* manifesto *ἐντός*, „intra haud longum tempus“ scribendum est, quod fecit Mein. in ed. min., ap. Ar. autem R. 994 sq.: *ὅπως μή σ' οὐ θυμὸς ἀρπάσας ἐκτός οἴσει τῶν ἐλαῶν excusationem habet *ἐκτός* a dictione proverbiali (schol. *ὅστις πέρα τοῦ δέοντος ἐπραττέ τι ἔλεγον ὡς ἐκτὸς τῶν ἐλαῶν φέρεται. ἐπεκράτησε δὲ εἰς παροιμίαν.* Cf. Pl. Cratyl. 414B: *οὐ γὰρ ἐπισκοπεῖς με ὥσπερ ἐκτός δρόμουν φερόμενον* „quod proverbii formam habet et simile est notissimo extra oleas vagari“ Ruhnken.).*

Restat solus alter Ar. locus V. 1284 sqq. (tetr. cret.): *εἰσὶ τινες οἵ μὲν ἔλεγον ὡς καταδιηλάγην | ἵνικα Κλέων μὲν πετάραττεν ἐπικείμενος | καὶ με κακίας ἐκνισε· καῦθ' ὅτ' ἀπεδειρόμην | ἐκτὸς ἐγέλων μέγα κεκραγότα θεώμενοι*, ubi numeri quidem *ἔξω* non prorsus respuunt: nam vocalis finalis corripitur in thesi ante voc. non solum in versibus dactyl. et anap., sed etiam in vv. paeon. et cret. (v. Christ. Metr. p. 20. 418). Omnino autem et *ἐκτός* (sic R. V. C. G. Bekk. Mein.) et *οὐκτός* quod e cett. codd. (qui habent *οἱ κτός* — et sic vulg.) scripserunt Dind. Hirsch. Bgk. Richter h. I. omni caret sensu: nam neque certus quidam locus significatur verbis poetae (ut N. 973 sq. *ἐν παιδοτρίβον — τοῖς ἔξωθεν*), extra quem versentur ridentes illi („qui foris erant“ Brunck.) neque *οὐκτός* ullo modo significare potest „ii qui procul a periculo erant“ ut interpretatur Bergk, frg. Ar. p. 49 sq.

(= Mein. Com. I. 2. 937 sq.), quum eett. interpretes inde a schol. taceant omnes. (Ceterum ne id quidem mihi probatur quod idem Bergk., quem secutus est Ribbeck, in ed. Eq. p. 306, verba μέγα κεκραγότα ad Cleonem refert „qui vociferatione et clamore plurimum valebat“ [cf. 596: Κλέων ὁ κεκραξιδάμας. Eq. 137: κεκράκτης adn. Kock, Eq. 487]: immo ad Ar. ipsum referenda sunt propter ἀπεδειρόμην: nam ἀποδειρόμενον, κνιζόμενον, ἵποταραττόμενον, θλιβόμενον [1289] consentaneum est clamare et lamentari [quod verbo κράζειν significatur e. c. etiam Pl. 722] neque quidquam valere argumenta Ribbeckii affirmantis: „Ar. würde von sich selbst nicht so gesprochen haben“ — „ein Schreien während der besagten Execution hat an sich wenig Wahrscheinliches“ facile quivis intelliget. Aegre autem caremus ad v. θεώμενον objecto με [etsi antecedit ἀπεδειρόμην: cf. V. 606], quod equidem non dubito inserere e R. V. Γ. qui praebent κεκραγότα μ' οἱ θεώμενοι articulo c. metr. illato [v. §. 30 p. 37], ut statuatur synecesis: κεκραγότα με |θεώμενοι, de qua v. p. 31. P. 906. Th. 280. E. 270). Apparet igitur ἐκτός corruptum esse: et me quidem judice poeta scripsit: ἐκ τότε ἔγελων = τότε ἔξεγελων (quo v. comp. usi sunt Hom. Hes. Xen. Pl. Reip. V. 573 C: γέλως ἔγελῶν „risus effusus“; metaph. Eur. Tr. 1176: ἔγελη φόνος), ut dicantur risisse iidem quos v. 1284 significavit poeta verbis εἰσὶ τινες οὖ. Tmesis autem (qua de cf. Valck, ad Eur. Hipp. 934. Reisig. Conj. p. 211. Kock, Teuffel, ad N. 792. Pierson, N. M. Rhen. XI. 119—28. Krüg. II. 68. 46. n. 3. 48. n. 1—4) h. l. ap-tissima est, quippe quo Ar. risum captans elatius poetarum genus dicendi imitetur (cf. e. c. Hom. h. Dion. 30: ἐκ ποτὸς ἔρει). Hac sola enim ratione Ar. tmesim admisit, et quidem 18 locis (5 trim., 1 tetr. j., 1 tetr. tr., 1 tetr. anap., 10 lyr.), praepositionis ἀπό in v. ἀπολλίναι -υσθαι: N. 792. 1440. Av. 1506. Pl. 65, ἐκ in ἔξόλλυσθαι: Av. 1070 (πάντες φοναῖς ὅλλυται — em. Reisig. Conj. p. 219; codd. c. metr. φοναῖσιν ἔξόλλ., vulg. ἐν φοναῖς ὅλλυται quod perperam defendit Pierson. l. c. codd. neglectis: v. infra), ἐν in ἔμπηγννσθαι: V. 437 (em. Bergler.: ἐν τί σοι παγῆσεται, codd. ἐν), κατά in καταχεῖν: Ach. 295. καταπέτεσθαι: Av. 1456 (em.

Dobr. καὶ ἀν πέτωμαι, codd. καὶ'). κατέχειν: L. 262. καταλαβεῖν: L. 263. καταβάλλειν: R. 1047, ἀνά in ἀναπείθειν: V. 784. ἀνέρεσθαι: R. 1160 (ἀνὰ δὲ ἔρεσθον: em. Bergk., codd. ἀναδέρεσθον, Brunek. Dind. ἀναδέρεσθον), περὶ in περικυκλοῦν: Av. 346, ἐπὶ in ἐπικαλεῖν: L. 1280. 81. 83. 85 (ἐπὶ δὲ κάλεσον — ἐπὶ δὲ — ἐπὶ δὲ — ἐπὶ τε: qua de epa-nalepsi cf. Hom. Α 447. Σ 483. Θ 68. Eur. H. f. 1055. Hdt. III. 36. 126. Krüg. II. 68. 50. n. 9), πυσquam praep. ἀντὶ πρό σὺν εἰς διὰ ὑπέρ ἀμφὶ παρά πρός ὑπό μετά (nam V. 1454 Krüg. II. 68. 48. n. 3 perperam probavit conj. Reisigii Conj. p. 211: μετά τι πείσεται). — Ex Hom. desumptis Ar. P. 1092 (hexam.): ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη (= Α 464. B 427. γ 461. μ 364) et 1274 (hex.): σύν δὲ ἔβαλον χειρούς (= Α 446. Θ 60); Eq. 1038 (hex.) vero: περὶ σκύμνοισι βεβηκώς vix necesse est statuatur tmesis ell. Hom. P. 6. 133 sqq. n 14. — Praeterea Cobet. (V. L. p. 90) E. 733 (trim.) scribi jussit: (κιναχύρα) πολλοὺς περὶ κάτω θυλάκους τρέψασ' ἐμοὺς (codd. πολλοὺς κάτω δὴ θυλ.) ell. Phot. p. 418, 4: περὶ κάτω τραπήσεται· ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω, συνήθως λέγοντιν et Stratid. frg. 35: δείνῳ περὶ κάτω τετραμένῳ; deinde Mein. (Vind. p. 174) R. 1028 loco conclamato conj.: ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἵαν ἥκουν σ' ἀπὸ Ιαρείον τεθνεῶτος (codd. c. metr. ἡνίκ' ἥκουσα περὶ Α.) ut ἀπό „per tmesim admodum usitatam“ a τεθνεῶτος separatum sit, quod tamen vix probari potest (fortasse ante v. ἥκουσα propter similitudinem excidit sive in illo ipso latet nomen Ατοσσα, ut lacuna statuta: ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' Ατοσσ (ἥκουσ') || || παρὰ Ιαρείον τεθνεῶτος poeta hoc fere sumatur dixisse: „gavisus sum, quum Atossa cladem Persarum acciperet a Dario“ [v. Aesch. Pers. 800—23 ubi D. umbra victoriam Plataeensem praedicit], qua ratione jam apte v. 1029 Atossae opponitur chorus: δὲ χορὸς δὲ εὐθὺς τῷ χειρὶ ἀδὶ συγχρούσας εἶπεν ἴανοι); denique O. Schneider. (Philol. XXXIV. 433 sq.) relegans ad Bernhardy Synt. p. 197 Piersoni disputationis immemor E. 202 (trim.) loco difficillimo et admodum obscuro conj.: ἐκ δὲ ὁρίζεται | Θρασύβουλος „über die Grenze wird Thr. geworfen“ (codd. ἀλλ' ὁρ.). — Interposuit autem Ar. inter praep. (quae ubique antecedit) et verbum a) plerum-

que (14ies) unum tantum vocabulum: particulas δέ: L. 1280. 81. 83. R. 1106. τε: Av. 346. L. 1285. γάρ: N. 792. 1440. Av. 1506. οὖν: R. 1047 (v. infra). αὐτός: Av. 1456 (cf. Hom. Α 362); pron. encl. σε: Ach. 295. Pl. 65; subst.: Av. 1070: ἐκ φοναῖς ὅλλυται. b) duo vocabb. encl.: τοι με V. 784: ἀνά τοι με πείθεις (cf. Eur. Or. 1047: ἐκ τοι με τήξεις). τί σοι: V. 437: ἔν τί σοι παγῆσεται. c) plura vocabb.: L. 262 sq. (lyr.): κατὰ μὲν ἄγιον ἔχειν βρέτας, κατὰ δ' ἀκρόπολην ἐμὰν λαβεῖν. — Particulae οὖν interpositae (ut in dor. et ion. dial. ὡν: cf. Epicharm. ap. Ath. VI. 235 E: κάπ' ὡν ἥχθόμαν. Anthol. XII. 226. Gregor. Cor. p. 446 c. intpp.; de Hdt. Krüg. gr. II. 68. 47. n. 2) quum nullum aliud apud poetas atticos exstet exemplum (nisi quod μὲν οὖν interposuit Amips. com. frg. 36 trim. — v. infra) κατ' οὖν ἐβαλεν R. 1047 sane in suspicionem vocandum videtur, praesertim quum οὖν admodum frigide ac sine ulla vi in fine fere enuntiati positum sit; accedit quod codd. vehementer fluctuant; de emend. tamen adhuc ambigitur (Valck. ad Hipp. 934: κάτω γ' ἐβαλεν. Thiersch. inepte: κάτωπεβαλεν = κάτω ἀπέβ. Kock.: κατὰ νοῦν σ' ἐλαβεν). — Denique verba supra congesta perlustranti facile apparebit Ar. usum tmesis liberiorem esse quam e. c. Pindari quem quidem Bossler. (de usu praepp. ap. Pind. p. 66) demonstravit praepp. a verbo suo fere nusquam sejunxisse nisi in eis verbis in quibus primariam vim concretam quam maxime servarit. — In frg. com., ni fallor, 5 exstant tmesis exempla: praepp. ἐν: anon. 347 (trim.): ἐν δ' ἐκιρνατο οἶνος, κατά: Hermipp. 62 (hexam.): κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεγές δῶ et Amips. 36 (trim.): κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε (v. supra), περὶ Stratt. 36 (trim.): δείνῳ περὶ κάτω τετραμμένῳ (v. supra p. 102), ὑπό: Metag. 1 s. Aristag. 1 (hexam.): ἀνδρῶν φορτηγῶν ὑπὸ γούνατα μισθῷ ἔλυσαν.

Ut redeat unde deflexa est disputatio, quum demonstratum sit adv. ἐκτός prorsus alienum esse a com. sermone, jam apparent nullo modo probari posse quod Eq. 728: τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἀπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας; quum R. et Ambros. praebeant ἐκ τῆς θ., Velsen. e conj. Bothii scripsit οὐκ ἀπιτ' ἐκτός τῆς θύρας (ut cogitentur illi jam

limen ipsum intrasse, versari in ipsis foribus) quod Ar. dixisset potius *εἴσω τῆς θ.*: neque omnino h. l. opus est conj.: ἀπὸ τῆς θ. [de praep. ita collocata ut duae syllabae diversorum sint pedum v. p. 54] rectissime se habet: adstant enim illi foribus; prorsus eodem autem modo codd. inter ἀπό et ἐξ fluctuant quum ἀπό unice verum sit N. 1296: οὐκ ἀποδιώξεις σαντὸν ἀπὸ τῆς οἰκίας; (R. V. alii Ald. perperam ἐκ: omnia enim ibi extra aedes aguntur: cf. 1254: οὐκονν ἀπολιταργεῖς ἀπὸ τῆς θύρας;) et P. 1221: ἀπόφερ̄ ἐς κόρακας ἀπὸ τῆς οἰκίας (codd. praeter R. V. perperam ἐκ). Cf. etiam Ach. 864: οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν; et V. 456: πάτε τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας.

- 61 Av. 108: Kock qui contendit, si scribatur h. v. (cf. p. 59) *ποδαπὸ τὸ γένος δ'*; — διεν αἱ τριήρεις αἱ καλαι ε conj. Dindorfii δ' inserentis (cl. P. 187: *ποδαπὸς τὸ γένος δ' εῖ;* ubi particula quae aberat e melioribus libris addita est), h. trimetrum praeter V. 979: κατάβα κατάβα κατάβα κατάβα. — καταβίσομαι unicum esse ap. Ar. qui a 3 incipiat anapaestis, neglexit Ach. 536: *Αλαχεδαιμονίων ἐδέοντο τὸ ψήφισμ' ὅπως* et L. 864: *γέρε ννν καλέσω καταβᾶσά σοι. ταχὺ ννν πάνω* (cf. Antiph. 20, 5: *ἔριγον· διὰ τὴν ἐπικαρπίαν γὰρ τῶν ἀδρῶν*); addo Th. 1226 ubi probo (quae Engero „dispicet propter numeros“) conj. Brunckii trim. sic redintegrantis: *τρέχε ννν τρέχε ννν κατὰ τοὺς κόρακας ἐπονορίσας* quum codd. alterum τρέχε ννν omittant (ut Eq. 911: *ἔμοῦ μὲν οὖν. — ἔμοῦ μὲν οὖν* alterum ē. μ. o. om. Ven. et Ambros.) [minus probabiliter Reisig. ἀλλά initio versus supplevit, Mein. Vind. p. 161 *τρέχε* in fine v. repetit]. Omnino autem Ar. 59 locis (Rumpel. Philol. XXVIII. 620 affert 55 om. Ach. 181.. N. 173. Av. 1588. Pl. 164) 3 anapp. admisit in trim.; plerumque, 26ies in 1. 2. 4. pede: (Ach. 833. N. 62. 173. 756. 790. 1187. V. 2. 1157. 1418. 1424. P. 195. Av. 192. 1218. 1584. L. 112. Th. 340. 575. R. 47. 549. 854. 1200. 1228. E. 538. Pl. 843. 874. 1036); 5ies in 1. 2. 5. p. (N. 845. P. 186. L. 11. R. 195. Pl. 164), quater in 1. 3. 4. p. (Ach. 181. 922. Eq. 466. Av. 1588), nūsquam in 1. 3. 5. p. (cf. Fritzsch. ad R. 488. Ind. lect. Rostoch. 1831 hib.), 7ies in 1. 4. 5. p. (Ach. 72. 1177. N. 52. 1192. E. 738. Pl. 678. 768), 6ies in 2. 3. 4. p. (Ach.

439. Eq. 1228. V. 205. P. 274. 898. Av. 140), semel in 2. 3. 5. p. (Eq. 218), 8ies in 2. 4. 5. p. (Ach. 1087. Eq. 1044. P. 113. 206. Av. 1540. 1541. R. 1246. E. 190), semel denique in 3. 4. 5. p. (N. 50). Valet igitur in illa licentia haec lex (quam Rumpel l. c. diserte enucleare neglexit), ut trium illorum anapaestorum certe duo continui sese excipient, quare nusquam anapp. vides in 1. 3. 5. p. Praeterea Ar. bis 4 anapp. admisit: in 1. 2. 3. 5. p. L. 864, in 1. 2. 4. 5. p. Pl. 815, denique semel 5 anapp. V. 979 (v. supra).

E. 491: τὸν δὲ οἰκίαν ἔξεσθ' ὁρᾶν, ὃ θευπερ ή στρα-
 τηγὸς | ἐσθ' η τὸ πρᾶγμα εὐρῶνδ' ὁ νῦν ἔδοξε τοῖς πολίταις.
 Meinekio (Vind. p. 194) permire dictum videtur ὅθενπερ η
 στρατηγὸς ἐστιν, pro quo exspectasse se dicit ὅθενπερ ηει,
 nisi doceri possit ἐξ οἰκίας εἶναι recte dici de eis qui e domo
 prodeant; quare suspicatur poetam scripsisse ὅθενπερ η στρα-
 τηγὸς | ηλθ' η κτλ. Miror Mein, non vidisse ὅθενπερ η
 στρα. έστι paullo latiore quidem sensu accipi posse de ori-
 gine i. e. de domicilio mulieris: „unde oriunda est“ i. e.
 „ubi habitat dux“ („wo sie zu Hause ist“): cf. V. 266: οὐκ
 τῆς οἰκίας τῆσδε συνδικαστῆς „qui ortus est ex hac domo,
 qui habitat in his aedibus“. Pl. 435: η καπτῆις ηκ τῶν γει-
 τόνων (Nicostr. 22); eadem ratione qui in foro mercaturam
 faciebant (cf. Eq. 1245) in universum dicebantur εἶναι ἐξ
 ἀγορᾶς Eq. 181 (= ἀγόραιοι 218), singuli nomen accipiebant
 a singulis fori partibus ipsis a rebus quae prostabant appellatis: N. 1065: οὐκ τῶν λύχνων (= ο λυχνοπώλης). Av. 13:
 οὐκ τῶν δρέπων (= ο δρεποπώλης).

Svētā.

63

Quum antea inter praep. *σίν* et *μετά* hoc tantum crederetur intercedere discrimen, ut illa proprie connexum indicet quo quid cohaeret cum alio („Cohaerenz“), haec societatem qua quid una versatur cum alio („Coexistenz“ — Krüg. I. 68. 13 et n. 1), nuper accuratissime demonstravit Tycho Mommsenus (progr. schol. Francof. 1874) *σίν* fere proprium fuisse poetarum et Xenophontis, *μετά* scriptorum, ita tamen ut *σίν* temporum progressu omnino magis magisque obsoleverit. Jam quum comicos poetas, ubi non elatiore utantur genere dicendi (Hor. A. poet. 93),

purissimos vulgaris Attici sermonis testes esse constet, operae pretium videtur accuratius inquirere, quibusnam illi rationibus σύν admiserint. De Ar. Mommensu nihil docet nisi σύν 22 locis occurrere, μετά 85 (immo 84: errasse videtur de E. 173: ἐμοὶ δὲ οἴσον τῆσδε τῆς γῆς μέτα i. e. μέτεστι): at singuli loci accurate examinentur necesse est. — Ac primum quidem ex illo 22 locorum numero eximendi sunt 7, quos Ar. et tragicis desumpsit: a) R. 1289: σὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι ex Aesch. Ag. 110. b—e) V. 1081 et P. 357: σὺν (ξὺν) δόρει σὺν (ξ.) ἀσπίδι (= μετὰ ἀσπίδος καὶ δόρατος Thuc. VI. 58, 2. Xen. Hell. II. 3, 48) e Μώμῳ fabula Soph. s. Achaei (frg. 27 N.). f) Th. 1034: γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν παιῶνι δεσμῷ δέ et g) R. 1207: ξὺν παισὶ πεντίκοντα ex Eur. Andromed. frg. 122 N. et Archel. frg. 229 N. Praeterea 2 locis σύν exstat in locutionibus fere proverbialibus: L. 1039 (tetr. tr.): καστ' ἐκεῖνο τοῦτος ὁρθῶς κού κακῶς εἰρημένον. | οὐτε σὺν πανωλέθροισι [sc. γυναιξίν] οὐτ' ἄνευ πανωλέθρων (schol. ἐν παροιμίᾳ τοῦτ' ἔλεγον ell. Susarion. frg. II. 3 et Hes. Op. 58) et Pl. 114: σὺν θεῷ δὲ εἰρήσεται (cf. infra σὺν θεοῖς), quam eandem formulam vides ap. Eur. Med. 625. His 9 locis subductis jam 13 tantum restant quibus Ar. in proprio sermone σύν admisit, quum μετά c. gen. usurparit 84 locis. Intercedit autem in singulis metris inter σύν et μετά haec ratio: in trim. μετά 42 locis vides (Ach. 141. 249. Eq. 229. N. 1466. V. 786. 788. 1004. P. 1116. Av. 34. 155. 196. 1345. 1428. 1672. 1686. 1692. L. 112. 141. 438. 904. 1221. Th. 432. R. 782. 1196. E. 123. 243. 543. 849. 1066. 1095. 1138. 1143. Pl. 54. 175. 231. 383. 823. 843. 891. 1081. frg. 245. 398) σύν ter (L. 1143. R. 1199. frg. 156), in tetr. tr. μετά quater (Eq. 597. 1289. Av. 753. R. 697) σύν bis (N. 580. V. 1085), in anap. μετά 11ies (Eq. 771. N. 1006. V. 349. 692. Av. 658. 660. R. 1513. Pl. 504. 564. 614. frg. 50; semel in hexam.: P. 1110) σύν ter (V. 359. L. 555. 559), denique in lyr. μετά 26ies (Ach. 277. 661. 1148. Eq. 590. N. 464. 475. 1451. V. 320. 1057. 1247. 1269. P. 116. 765. 775. 784. 816. 1132. 1156. 1330. Av. 739. L. 349. 479. 544. R. 414. E. 964. frg. 421) σύν 5ies (N. 604. Av. 1723. Th. 102.

716. R. 445). — Jam transeamus ad usum praep. σύν illustrandum.

1) Primum σύν quater personarum nominibus additum vides plurali numero positis (nusquam singulari, cui Ar. constanter μετά junxit): a) comitatum significans R. 445 (lyr.): ἐγὼ δὲ σὺν ταῖσιν κόραις εἴμι καὶ γυναιξίν, qui ceteris, etiam lyr. partium locis omnibus praep. μετά indicatur, nisi quod L. 1143 (trim.) *Lysistrata*, elatiore genere dicendi constanter fere uti solita, dicit: ἐλθῶν σὺν ὄπλαισι τετρακισχιλίοις | Κίμων ὅλην ἔσωσε τὴν Δακεδαίμονα (ubi vero exercitus pro instrumento accipi potest [Krüg. I. 48. 15. n. 18] etiam Ar. dat. instrum. sine praep. usurpavit: P. 746: πολλῷ στρατιῷ. Ach. 622: ναυσὶ καὶ πεζοῖσι). b) Vim auxiliī habet σύν in formula σὺν (τοῖς) θεοῖς „diis adjuvantibus“ (cf. Pl. 414: σὺν θεῷ δ' εἰρήσειαι): V. 1085 (tetr. tr.) ἔσωξόμεσθα σὺν θεοῖς et R. 1199 (trim.) σὺν τοῖσιν θ. — σον τὸν προλόγους διαφθερῶ, qua a formula (de qua cf. Lob. ad Aj. 779) μετά omnino alienum fuisse videtur, nisi quod Soph. Aj. 950 dixit: οὐκ ἀν τάδ' ἔστη τῇδε μὴ θεῶν μέτα „nisi deis intercedentibus“ (idem solus dixit eodem sensu θεοῖς ὅμοι Aj. 767); praeterea μετὰ θεῶν e Pl. Ep. VIII. 355 fin. attulit Herm. ad Viger. p. 641 n. 16; addo Eur. Suppl. 591: δαιμονος τοίμοι μέτα | στρατηλατήσω κλευνός.

2) Deinde 5ies Ar. σύν rerum notionibus junxit, plurali num. positis: a) quater ita ut significet quibus quis instructus sit: N. 604 (lyr.): Παρνασίαν ὃς κατέχων πέτραν σὺν πεύκαις σελαγεῖ βάκχαις λελφίσιν ἐμπρέπων κωμαστῆς Διόνυσος (schol. μετὰ δάδων), „faces tenens, quassans“ (cf. Eur. Bacch. 306: ὅψει Διόνυσον ἐπὶ λελφίσιν πέτραις πηδῶντα σὺν πεύκαισι, Jon. 714 sqq. Bacch. 145. Ar. R. 340. S. Ant. 1146. Eur. Hypsip. prol. ap. Ar. R. 1211. Eur. Alc. 915), quod Ar. N. 543 vulgari sermone usus dixit δῆδας ἔχων. Ceteris 3 locis (anapp.) vides formulam σὺν ὄπλοις [forma σύν, ubique tradita, semel V. 359 numeris flagitatur] „armatus“ (= ἔξωπλισμένος L. 454. ἐν (τοῖς) ὄπλοις R. 1532. L. 633. ὄπλα λαβών Eubul. 20; cf. V. 364. Av. 388): V. 359: σὺν ὅ. ἄνδρες ὄπλιται διαταξάμενοι κατὰ τὰς διόδους σκοπιωροῦνται. L. 555: ἦν παύσωμεν σὺν ὅ. ἀγοράζοντας καὶ μανο-

μένους. 558: περιέρχονται κατὰ τὴν ἀγορὰν ξὺν ὅ. ὡσπερ
κορύβαντες. (Praeter Ar. constanter σὺν s. ξὺν (τοῖς) ὄπλοις
de armatura dixerunt Eur. [cf. Hec. 110. H. f. 1383. J. A.
212. 229. 1432] et Xen.; μεθ' ὄπλων Aeschines: I. 5
et III. 123; utrumque Thuc. [ξὺν: II. 2, 1. 90, 6. IV.
14, 2. V. 11, 1. 50, 4. VI. 105, 2. VIII. 32, 2. μεθ' ὁ.:
I. 6. V. 55] et Plato [σύν: Legg. VII. 763 A. μεθ' ὁ.: Reip.
VIII. 551 B]: de exercitu [τὰ ὄπλα = οἱ ὄπλιται] ξὺν ὁ.
Xen., μεθ' ὄπλων Aeschin.: II. 82, utrumque Eur.
[ξὺν: Phoen. 511. Jon. 1292. B. 51. J. A. 754. μεθ' ὁ.: Or.
573. J. A. 65 — cf. S. Ant. 115] et Thuc. [ξὺν: V. 50, 3.
μετά: IV. 78, 2 = μεθ' ὄπλιτῶν V. 52, 2, quod Xen.
constanter dixit σὺν ὄπλιταις; ap. Lys. XIV. 8 tamen μετὰ τῶν
ὄπλιτῶν significat „inter hoplitas“]). b) Res cum re con-
nectitur praep. σύν frg. 156 (trim.): δίδωμι χιλίας δραχμάς.
— δέχομαι· δισκίλιαι γάρ εἰσι σύν ταῖς Νικίον (sc. δραχμαῖς)
— quam rationem summae computandae, qua com-
pluria in unum quasi corpus coalescunt („inclusive“), Attici
constanter praep. σύν alias vitata videntur significasse.
Certe Lysias et Aeschines quum constanter μετά dixe-
rint, σύν sola illa ipsa ratione admiserunt, ille bis,
hic semel (quum μετά ap. Aesch. 74, ap. Lys. 102 locis oc-
currat): Lys. XXI. 2 et 4: ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος (τῆς
σκευῆς) ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς (ἔκκαιδεκα μνᾶς).
Aesch. II. 162: ἵσαν οἱ αλητοὶ καὶ συνδειπνοῦντες σύν ταῖς
ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων πρεσβείαις οὐκ ἐλάττους ἢ διακόσιοι. Atque
etiam Isaeus qui 58ies μετά (Mommsen. l. c.: 57), Ties
σύν usurpavit, ubique illam rationem significat, praep.
σύν utitur: cf. VI. 33: αἴγας ἀπέδοτο σύν τῷ αἴπολῳ τριῶν
καὶ δέκα μνῶν. VIII. 8. 35. XI. 42. Addo Thuc. V. 74, 3:
ἀπέθανον Ἀθηναῖων ξὺν Αἰγαίηταις διακόσιοι. IV. 124. VII.
42. VIII. 95, 3.

3) Denique quater abstractis notionibus plerumque
singulari num. positis junctum σύν modalem ut ita dicam at-
que circumstantiale vim praebet. a) Semel hac vi rationem
indicat qua quis versetur in rebus agendis: N. 580 (tetr.
tr.): ἦν ἦ τις ἔξοδος [sc. Ἀθηναῖων] μηδενὶ ξὺν νῷ, quod
fortius et elatius quam ἄνευ νοῦ s. ἀνοίγεται (Eq. 545. L. 518)

proverbialis fere dictionis speciem habet (cf. Pl. Crit. 48 C: οὐδενὶ ξὺν νῷ. — Arr. An. IV. 26, 3: ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ = οὐδενὶ κόσμῳ Ar. frg. inc. 101 Bgk.; cf. κόσμῳ Av. 1331. σώφρονι κ., frg. 60). Dicitur autem non solum σὸν νῷ (Hdt. VIII. 86. 138. Pl. Reip. X. 619 B), sed etiam μετὰ νοῦ (Men. 770. Nicom. I. Pl. Menex. 88 B), quod supra p. 13 restitui Ar. N. 464, plerumque vero simplici dat. νῷ (v. lexx.). E frg. com. hoc pertinet solum Philisc. 2: σὸν ἔργων; ceteris locis omnibus hac significatio vides μετά (bis in med., 10ies in nov. com. frg.: v. Ind. com. p. 620), quod Ar. semel tantum usurpavit: frg. 398: ἀκονσον θυμοῦ δίχα καὶ κρῖνον μὴ μετ' ὁξηρεγμίας (= ἀνεν ὁξ.), ubi tamen elatus tragg. genus dicendi imitatur (quod appareat ex adv. δίχα praep. vicem sustinente, qui usus tragg. [et Xenoph.] proprius ap. com. non cernitur nisi in frg. inc. Anaxandr. 55), quam in vulgari sermone rationem agendi designet simplici dativo (ut ὄργη Ach. 530. δόλῳ L. 623. στρῆ P. 1053. σιωπῆ Eq. 1212. Av. 1217. Th. 660. E. 527), adverbiis, participiis (ut ὄργὴν ἔχων V. 243. 1030. παιζων R. 523 = μετὰ παιδιᾶς, σκάπτων P. 173 = μετὰ σκάψματος, εὐνοῶν N. 1410 = μετ' εὐν.), alio quovis modo. b) Ceteris 3 locis qui omnes existant in l y r. partibus σὸν ex usu quodam elatissimi poetarum sermonis proprio eoque μετά prorsus respuente cum nomine suo praegnanter vicem sustinet totius enuntiati, modali atque circumstantiali vi externam rerum conditionem describens, cui actio vel status aliquis ita junctus est, ut simul causalis quidam nexus intercedere cogitetur (quod nos dicimus „bei“). α) Th. 102: *ἰερὰν χθονίας δεξάμεναι λαμπάδα κοῦραι ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίδι κορεύσασθε βοῶν „cum patria libera“ i. e.* „quando nunc patria libera est“, quem l. (fortasse desumptum ex Agathonis tragicī carmine alqo) hh. dd. variis et pravis tentarunt conjecturis (v. intpp. et Mein. Vind. p. 146). β) Th. 716: *τις ἀν σοὶ, τις ἀν ξύμμαχος ἐκ θεῶν ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις; „cum improbis istis factis“ = ἐπεὶ ἀδίκα εἰργάσω „bei deinen ruchlosen Thaten“, ubi contra Mein. qui miratur (Vind. p. 155) neminem adhuc haesisse in verbis ξ. ἀ. ἔ., in quibus praep. nullo pacto explicari possit, quare conj. σοὶς ἀδ. ἔ., jam Herw. (anal. cr. p. 52) cf. jussit*

Ter. Eun. I. 2, 72: *egon' quicquam cum istis factis tibi respondeam?* et Tac. Germ. 26, 3 (c. adn. Kritzii), γ) Causa efficiens, e qua quid necessario provenit, haec ratione indicatur Av. 1723: *περιπέτεσθε μάκαρα μάκαρι σὺν τύχῃ i. e. μάκαρι τύχῃ συνόντα καὶ οὕτω μάκαρα γενόμενον „beata sorte fortunatum“ (= μάκαρος ἐκ τύχης; Soph. Phil. 1326: *νοσεῖς τόδ' ἄλγος ἐκ θείας τύχης*): cf. S. O. T. 17: *σὺν γῆρᾳ βαρεῖς = συνόντες γῆρᾳ καὶ βαρυνόμενοι αὐτῷ* (= ἐν γῆρᾳ βαρεῖς Aj. 1017). O. C. 1663: *σὺν νόσοις ἀλγεινός*. Phil. 1223: *σὺν σπουδῇ ταχύς*. Ant. 1266: *νέος νέφ ξὺν μόρῳ ἔθανες*. Pind. Ol. II. 18: *λάθα δὲ πότιμοι σὺν εὐδαιμονι γένοιτο ἄν.* (Bossler. de usu praepp. ap. Pind. p. 27 sq.); pervulgata autem inde ab Homero consuetudine, in qua quis versatur, qua quis utitur conditione, ei conjunctus dicitur atque consociatus (cf. ex Ar.: N. 1399. 1404. V. 1460. Pl. 321. 437. 504. 564. frg. 503).*

Jam totius disputationis summa haec est: Ar. ubicunque *σύν usurpavit, μετά certis de causis vitavit*: sive quia *μετά dici omnino non poterat* (Th. 102. 716. Av. 1723 = 3, b) sive constantem vel certe praevalentem alqm sermonis gr. usum secutus (frg. 156 = 2, b. — *σὺν θεοῖς*: V. 1085. R. 1199. *ξὺν ὅπλοις*: V. 359. L. 555. 558) sive denique eo consilio ut orationem graviorem redderet et elatiorem (L. 1143 trim. N. 508 tetr. tr. N. 604. R. 445 lyr.).

Singularia autem duo licet observare: 1) Ar. *σύν singulari numero non junxisse nisi notionum abstractarum* (N. 508. Th. 102. Av. 1723) et 2) nusquam apud Ar. *σύν* cum nomine suo partem objecti efficere (ut e. c. ap. Hom. δ 75 ι 199. Pind. Ol. XIII. 41. P. XI. 20. J. III. 90 [Bossler. l. c. p. 26 sq.]. Soph. Tr. 257. Eur. Hec. 10. 1148. Alc. 382. frg. trag. adesp. 244 N. Antiph. or. II. α 4: *οὐ γὰρ ἄν σὺν τῷ ἀκολούθῳ διέφθειρεν αὐτόν.* Andoc. II. 7), quum *μετά* hac ratione 8ies videoas usurpatam (N. 1451. V. 1004. Av. 658. R. 1513. E. 1183. V. 1057 [q. l. addas ap. Becker. et Herm. Charicl. I. 354]. P. 1110. frg. 421; cf. e com. frgg. Amips. 19. Diod. 3; add. Pind. Ol. XI. 49. Pl. Reip. IX. 591 B).

In frg. com. quum *μετά* 71 locis inveniatur (10 antiq., 30 med., 23 nov. com., 6 anon., 2 monost.), *σύν* 8ies tantum

occurrit: praeter formulam σὸν θεοῖς ap. Men. 391 [qui praeter monost. elatiore genere dicendi insignia constanter — 15ies — μετά dixit ut omnes nov. com. poetae] 4 antiq., 1 med. com., 2 monost. locis: 1) ap. personarum nomina: Cratin. 1 (trim.): συνδιατρίβειν αἰῶνα σὸν τινι (cf. p. 79). mon. 302: κακῷ σὸν ἀνδρὶ μηδὲ δλως ὄδοιπόρει. 488: σὸν τοῖς φίλοισιν εὐτυχεῖν ἀεὶ θέλε. 2) ap. rerum notiones: Pherecr. 124 (tetr. an.): ὅχετοι βοτρύων μετὰ ναυτίσκων ὀχετεύσονται θερμῷ σὸν ἔτνει καὶ λειριοπολμανεμώνας [de variatione praepp. cf. S. Ant. 115: πολλῶν μεθ' ὅπλων ξὺν θ' ἵπποκόμοις κορύθεσσιν. Eur. Andr. 1060. frg. 322 D. Cycl. 68. Phoen. 789. 1116. Or. 1071 sqq. Xen. Hell. V. 1, 11], ubi quum conjuncti sint numeri sing. et plur., antecedit sing. (pariter atque ap. conj. ὡς praepl. instar acc. junctam, quum ap. praepl. μετά vice versa priorem locum tenere soleat gen. plur.: v. infra). Plat. 146: σὸν ἐλαῖφ ὁτογλυφίδα λαβοῦσ' ἀνασκαλεύεται (videtur tamen verba σὸν ἐλαῖφ corrupta esse: v. Mein.), Eupol. 372: σὸν φθοῖσι προπεπτωκώς, ubi quum praeter haec 3 verba nihil servatum sit, quid sibi velit σὸν non satis perspicuum est; videtur tamen ex usu quodam poetarum fere proprio instrumentalem adsciscere significationem („quum pateris propinasset“), qua quis cogitatur conjunctus atque consociatus agere cum re, cuius vi et ope alqd efficit (cf. Hom. δ 161. Pind.: Bossler. I. c. p. 27. Aesch. Pers. 755. Sept. 885; Thuc. I. 84, 2. Xen. Cyr. VIII. 7, 13). Denique 3) semel ap. notionem abstractam: Philisc. 2 (trim.): οὐκ ἔστιν — σὸν φρεθνιαὶ | τὰ τῶν πονούντων μὴ πονήσαντας λαβεῖν (v. supra). —

De formarum σὸν et ξὺν usu Ar. admodum difficilis est quaestio. Constat antiquorem formam ξὺν ante Euclidem per volgatam fuisse et tempore belli Pelop. alteri σὸν paullatim cessisse (cf. Cauer. de dial. Att. vetustiore [in Curtii Stud. in gr. gr. et lat. VIII. 2] I. p. 286 sq.). In inscriptionibus ol. 90—92 (420—412) fere tempus definitur, quo scriptura ξὺν magis magisque obsolevit; postea semper σὸν legitur in titulis (Wecklein. Cur. epigr. p. 57 sq.). Thuc. grammatici diserte testantur constanter ξὺν scrispsisse (cf. Marcell. vit. §. 52. Et. Magn. 311, 6: ξὺν Θουκ. ἀντὶ τοῦ σὸν καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὄμοια, οὕτω καὶ οἱ παλαιοὶ πάντες). Inde jam Ar. Weckleinio

et Cauero II. cc. $\sigma\acute{\nu}\nu$ nisi vel metri vel euphoniae causa
scripsisse non videtur, quam consuetudinem codd. cum fide
servarint. Sane codd. plerisque locis $\xi\acute{\nu}\nu$ praebent: at 1) haud
raro etiam omnes $\sigma\acute{\nu}\nu$ exhibent, permultis autem locis fluc-
tuant; deinde 2) librarii $\xi\acute{\nu}\nu$ intulisse saepius numeris $\sigma\acute{\nu}\nu$
postulantibus convincuntur: certe e Dind. adn. Oxon. (et Eq.
adn. cr. Velseni) 3 tantum locos mihi enotavi, ubi codd. c.
metr. $\sigma\acute{\nu}\nu$ praebent (Ach. 715; Γ, Th. 601: omnes [videtur
tamen inter $\sigma\acute{\nu}$ et $\sigma\acute{\nu}\nu\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}\acute{\varepsilon}$ excidisse potius part. γε], R. 800:
Rav. Mut. Suid.), 6 vero ubi codd. $\xi\acute{\nu}\nu$ exhibent c. metr.
(Eq. 479: Θ. Δ. Γ a 1. m. L. 540: R. Aug. Junt. R. 807:
F. Barocc. E. 614: B. Γ. 619: omnes) vel contra dialectum
(dor.: L. 93 omnes codd.: cf. 995). Accedit denique 3) id
quod hh. dd. prorsus neglexerunt, quod multo saepius
 $\sigma\acute{\nu}\nu$ numeris flagitatur quam $\xi\acute{\nu}\nu$: in ipsa praep. (14ies)
 $\sigma\acute{\nu}\nu$ 6ies (L. 1143, R. 1199, frg. 156 trim. R. 445 tetr. j.
L. 1039 tetr. tr. Av. 1723 lyr.), $\xi\acute{\nu}\nu$ bis (N. 580 tetr. tr.
V. 339 anap.) [ceteris 6 locis: V. 1085 tetr. tr. L. 555, 558
tetr. anap. N. 604, Th. 102, 716 lyr. codd. ξ. praebent
praeter N. 604 ubi in omnibus libris exstat $\sigma\acute{\nu}\nu$]; in com-
positis, quae in ipsis fabulis 508ies fere leguntur (in frg.
24 locis), $\sigma\acute{\nu}\nu$ 83 (ter), $\xi\acute{\nu}\nu$ 22 locis (semel): ut per sin-
gulas fabulas haec ratio intercedat inter $\sigma\acute{\nu}\nu$ et $\xi\acute{\nu}\nu$: Ach.
1:1. Eq. 9:3. N. 7:1. V. 8:3. P. 7:0. Av. 10:1. L. 5:3.
Th. 8:3. R. 12:1. E. 8:3. Pl. 5:2, per singula metra
autem haec: trim. 44:10 [$\sigma\acute{\nu}\nu$: Ach. 577. Eq. 220. 468.
479. 655. N. 793. 794. 1479. V. 21. 32. 50. 1251. P. 37. 668.
936. 1115. Av. 805. 1206. 1685. L. 178. 1179. Th. 156. 158.
178. 270. 624. 891. 975. R. 403. 408. 413. 807. 868. 869.
E. 15. 16. 69. 446. Pl. 326. 646. 847. 1162. frg. 204.
399. $\xi\acute{\nu}\nu$: Eq. 1233. L. 39. Th. 475. 601. R. 800. E. 6.
472. 715. Pl. 1147. frg. 503]; tetr. (dim.) j.: 8:2 [$\sigma\acute{\nu}\nu$:
Eq. 432. 854. N. 1037. 1426. 1438. V. 233. L. 540. E. 486.
 $\xi\acute{\nu}\nu$: Eq. 427. Th. 553]; troch.: 11:5 [$\sigma\acute{\nu}\nu$: V. 266. P.
618. 639. Av. 1079. 1086. 1756. R. 598. 903. 999. 1490.
frg. 406. $\xi\acute{\nu}\nu$: Ach. 715. Eq. 595. N. 590. V. 1273. L. 1016];
anap.: 12:4 [$\sigma\acute{\nu}\nu$: Eq. 1317. V. 570. 691. P. 745. Av. 209.
544. 704. L. 577. Th. 40. E. 614. 619. Pl. 504. $\xi\acute{\nu}\nu$: V. 673.

Av. 546. L. 585. Pl. 503]; dactyl. 2:0 [$\sigma\acute{\nu}\nu$: N. 475. Eq. 1053 hexam.]; denique l.y.r. 6:1 [$\sigma\acute{\nu}\nu$: Eq. 1291. Av. 1761. L. 621. R. 385. 398. E. 296. $\xi\acute{\nu}\nu$: V. 633]. — Quae quum ita sint, vix crediderim Ar. $\sigma\acute{\nu}\nu$ non scripsisse nisi ubi numeri $\xi\acute{\nu}\nu$ respuant (consentiens cum Fritzschio ad Th. 601); quamquam autem verisimile videtur ratione illa quae cernitur in titulis eadem etiam Ar. temporum progressu magis magisque ad formam $\sigma\acute{\nu}\nu$ inclinasse, tamen ad certum iudicium pervenire non possumus, dum accurata codd. lectionum notitia caremus; de euphonia autem admodum lubricam esse quaestionem ipse Weckleinius concessit (cf. Reisig. Conj. Lobeck. paral. diss. 1). — In frg. com. longe praevalere formam $\sigma\acute{\nu}\nu$ vides ex Ind. Jacob. p. 975—988; $\xi\acute{\nu}\nu$ 28ies tantum occurrit (in comp., nusq. in ipsa praep.): 16 antiq., 8 med., 4 nov. com. locis: Cratin. 166. 191. Pherecr. 9. 33. 145. Telecl. 41. Herm. 44. 71. Eupol. 35. 302. Plat. 66. 86. Aristomen. 2. Strat. 47. 51. Theop. 32. | Antiph. 16. 74 (bis). Eubul. 105 (bis). Aristophont. 12. Cratin. min. 9. Alexid. 126. | Men. 435. mon. 398. Nicol. v. 19. anon. 115 — nusquam tamen numeris flagitatum nisi ap. Eubul. 105 (bis) in hexam.: $\delta\xi\acute{\nu}\eta\tau\alpha \xi\acute{\nu}\eta\tau\eta\tau\sigma\iota \lambda\acute{\nu}\gamma\omega\nu$ [$\delta\sigma\acute{\nu}\eta\tau\sigma\iota$: Philem. 123. $\sigma\acute{\nu}\eta\tau\sigma\iota\sigma\iota$: Dionys. 7. Apollod. 13. $\xi\acute{\nu}\eta\tau\sigma\iota$: mon. 398], quare in frg. Athenionis v. 45 [Mein. IV. 558] quum codd. Athen. XIV. 660 E praebeant: $\eta\mu\alpha\sigma\tau\sigma\iota\sigma\iota$. — $\delta\lambda\lambda\lambda \delta\epsilon\tilde{\nu}\eta\sigma\sigma\iota$ $\sigma\acute{\nu}\eta\tau\sigma\iota\sigma\iota\sigma\iota$ | $\mu\sigma\iota$ trim. redintegrandi causa scripserim potius: $\delta\lambda\lambda\lambda \delta\epsilon\tilde{\nu}\eta\sigma\sigma\iota$ $\nu\nu\nu \sigma\acute{\nu}\eta\tau\sigma\iota\sigma\iota\sigma\iota$ | $\epsilon\mu\sigma\iota$ (ut NYN excidisse statuatur ante ΣΥΝ) quam quod Mein. scripsit e conj. Dobr. $\sigma\grave{\nu} \xi\acute{\nu}\nu\sigma\iota\sigma\iota\sigma\iota$ | $\epsilon\mu\sigma\iota$.

Conjunctionem $\dot{\alpha}\varsigma$ Ar. non minus 43 locis (cett. com. 64 8ies tantum [Eup. 222. Antiph. 189. Anaxandr. 56. Aristophont. 10. Dionys. 1. Ap. Car. 23. Crobly. 5. anon. 207], Lysias 13ies; v. Frohb. ad I. 10) praep. instar eodem intellectu atque $\dot{\epsilon}\pi\iota \pi\alpha\varrho\sigma\varsigma$ accusativo personae junxit, ad quam quis tendit s. pervenit, plerumque (34 locis) in trim., bis in tetr. tr. (Av. 317. 754), quater in anap. (Eq. 501. V. 1042. R. 1509. Pl. 495), ter in lyr. partibus (Ach. 675. N. 1164. Th. 1020). Nusquam eam vides apud collectiva, quae quidem apud Ar. solam adsciscunt praep. $\pi\varrho\sigma\varsigma$ (Eq.

243. 710. V. 267. Ach. 629. Eq. 508. P. 735), plerumque (33 locis) ap. sing. (Ach. 65. 394. 675. Eq. 1196. N. 237. 1164. V. 815. 1042. P. 104. 174. Av. 317. 1647. L. 746. 829. Th. 488. 617. 1020. R. 1192. 1509. E. 925. 933. 1005. 1013. 1028. 1084. 1088. Pl. 32. 152. 237. 242. 404. 1201. 1203), 9ies ap. plur. (Ach. 1224. Eq. 501. Av. 754. 1518. Th. 894. 1178. Pl. 89. 97. 495), quae eadem fere ratio inter sing. et pl. intercedit ap. praep. ἐπί (10ies sing.: V. 1360. R. 291. 646. 656. E. 550. 616. 899. 948. 1086. frg. 192, ter plur.: Ach. 982. Av. 789. E. 625), quum πρός 12ies sing. junctum videas (N. 979. V. 1026. Av. 120. Th. 180. 513. R. 400. Pl. 653. 823. 827. 840. 844. frg. 78), 10ies plur. (N. 1104. V. 1407. Av. 410. 1169. 1212. 1230. L. 87. Pl. 398. frg. 16. 500), παρά denique ter tantum sing. (P. 884. Av. 46. 845), 6ies plur. (N. 853. Av. 844. 992. 1038. 1269. E. 695). Semel ὡς vides ap. sing. et plur. conjunctos: Th. 1206: ὅπως φεύξει καὶ τενεῖς ὡς τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία οἰκαδε, ubi antecedit sing., qua eadem ratione ap. praep. σύν (in Ar. fabulis tamen nullum exstat exemplum; v. supra) plerumque dat. sing. (sive pers. sive rei) priorem locum tenet (cf. Eur. Tr. 392: σὺν δάμαρτι καὶ τέκνοις. Med. 11. Hipp. 551. Jon. 32. J. A. 588; e com. Pherecr. 124: θερμῷ σὺν ἔτει καὶ λειφιοπολγανεμώναις [sed Hom. δ 175: σὺν κτήμασι καὶ τέκνῃ φῷ καὶ πᾶσιν λαοῖσιν. Tyrtae. 10(6), 6: παισὶ σὺν μικροῖς κον-
ρειδίῃ τ' ἀλόχῳ], quum vice versa ap. μετά antecedere soleat gen. plur. quippe qui conveniat propriae praep. μετά significationi „media inter“ (cf. ex Ar.: Pl. 383; μετὰ τῶν παιδίων καὶ τῆς γυναικός. 614: μετὰ τῶν παιδίων τῆς τε γυναικός; add. Mommsen. progr. Francof. 1875 p. 13). Ceterum plerumque dicitur παιδες καὶ γυνή (cf. Hom. i 199. Tyrtae. 10(6), 6. Soph. Tr. 257. Thuc. VI. 123, 4. Xen. Cyr. VIII. 7, 3. Sinten. ad Plut. Them. 10, 68. Frohb. ad Lys. XII. 69), quam consuetudinem Ar. praeter Pl. 383 et 614 secutus est etiam Ach. 132: ἐμοὶ καὶ τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλάτιδῃ, quum inverso ordine („Weib und Kind“) praeter Th. 1206 usus sit etiam Pl. 1104: τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία, frg. 487: τὴν γ. τώ τε παιδίω. Pl. 250: τὴν γ. καὶ τὸν νέον. R. 587: αὐτός, ἢ γ., τὰ παιδία (cf. Eur. Tr. 392: σὺν δάμαρτι καὶ τέκνοις

Hdt. VI. 19: *γυναικες καὶ τέκνα*. Pl. Reip. IX. 578 E: *γ. καὶ παιδας*). De significatione praep. *ώς* tria licet observare: a) „domum, in aedes alcjus“ significat *ώς τινα* Ach. 394. V. 1042. E. 933. 1005. 1013. 1028. 1084. 1098. Pl. 89. 97. 404. 495. 1201. 1203, ap. vv. *εἰσιέναι* E. 925. *εἰσέρχεσθαι* Pl. 237, 242 quibus duobus locis sibi respondentibus (ἢν μὲν γὰρ ὡς φειδωλὸν εἰσελθῶν τύχω — ἢν δ' ὡς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθῶν τύχω) unice recte se habet *ώς*, nullo modo ferri potest *εἰς* [237 plerique libri *εἰς*, ed. Junt. 1525 *ώς*, 242 plerique libri, etiam Ven., et Ald. *εἰς*, R. Vat. pauci alii *ώς*], quippe quod hoc intellectu ab Atticis ita tantum admittatur, ut nomine personae unus certus quidam locus, fere publicus, significetur: cf. Av. 619: *κούκ εἰς Αελφοὺς οὐδ' εἰς Αμμων'* ἐλθόντες ἔκει θύσομεν „in templum Jovis Ammonis“ [ubi sine causa *ώς* scripserunt Mein. Kock.]. Thuc. III. 3, 6: *ἐς τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον* „in templum Apollinis Maloentis“. IV. 67, 2: *ἐνήδρευσαν* *ἐς τὸν Ἐννάλιον* „in templum Martis“. I. 137, 3: *ἐσπέμπει γράμματα* *ἐς βασιλέα* „in aedes regis“. Cf. Krüg. I. 68. 21. n. 3 (qui tamen injuria huc refert E. 673 sqq.: *τὸ γὰρ ἀστυν | μίαν οἰκησών γημι ποιήσειν συρρίξασ'* *εἰς ἐν ἀπαντα* | *ώστε βαδίζειν εἰς ἀλλήλους*, ubi potius *εἰς ἀλλήλων* scrib. est ex em. Dind. Meinekio probata: „ut liceat alii in alias sedem se conferre“ i. e. „sedes ex arbitrio permittare“ — jam enim omnes, qua bonorum mulierum liberorum utuntur communione, eadem unius communis domicilii aequabiliter participes sunt ita, ut nemini certus sit locus). — Eadem ratione *ώς τὸν θεόν* Pl. 32 (*ἐπερηφόμενος οὖν φόροιν* *ώς τὸν θεόν*) significat „in templum dei“ (sc. Apollinis; cf. 41 *ἐξιάν*): solet tamen Ar. hoc dicere *πρὸς τὸν θεόν*: cf. Pl. 653: *ἀφικόμεθα πρ. τ. θεόν* (= *εἰς Ασκληπιοῦ* sc. *ἱερόν* 621. 411. V. 124). 823: *πρ. τ. θεόν* *ἴωμεν*. 827: *πρ. τ. θεόν* *ἥκω*. 840: *πρ. τ. θεόν* *προσευξόμενος* *ἥκω* — *ἐνθαδί*. 844: *ταῦτ' ἀναθήσων* *ἔρχομαι πρ. τ. θεόν* (cf. 959 sq. 1196). R. 400: *δεῦρο συνακολούθει πρ. τὴν θεόν* („in templum deae Cereris“). Itaque etiam illo loco (Pl. 32) scripserim *φόροιν πρὸς τὸν θεόν*, prae-*sertim* quum hoc ipsum praebeat cod. Rav.; neque enim crediderim *πρός* ex interpretatione irrepisse.

b) Semel ὡς occurrit, ubi res aliqua dicitur ad aliquem pervenire: Av. 1518: οὐδὲ κνῖσα μηρίων ἄπο ἀνῆλθεν ὡς. ἥμᾶς (sc. τοὺς θεούς), qua tamen ratione dubito num umquam ὡς ab Atticis sit admissum; paullo aliter res se habet, ubi quis preferre dicitur alqd ad alqm (cf. e. com. Antiph. 189: ἀπαντας ἀναπέπεικεν ὡς αὐτὸν γέρειν „persuasit piscatoribus ut omnes pisces ad se ipsum afferant“. Diōnys. I: ὡστ' ἐνίοτε ἀν τούτοισι ποιῶν ματτίην | σπεύδων ἄμ' εἰσήνεγκα διαμαρτιών μίαν | ἄκων περιφορὰν τῶν νεκρῶν ὡς τὸν νεκρόν). Itaque nescio num ὡς illo loco sit interpretis, Ar. autem scripserit εἰς ἥμᾶς, sicut dixit εἰς θεοὺς ἔλθειν sim. P. 128. 130. 132. Av. 843, quo postremo loco: κῆρυκα δὲ πέμψον τὸν μὲν ἐξ θεοὺς ἄνω Mein. in adn. cr. ceteris ll. neglectis temere ὡς scrib. esse conjecit.

c) Neque magis umquam Attici ὡς ita admiserunt, ut significet, quo versus quid tendat vel dirigatur, quae vis propria est praapp. εἰς et πρός (εἰς vides h. s. Ach. 32. 1112. Eq. 173. 174. 292. N. 187. 193. V. 613. P. 56. Av. 264. 309. R. 499. 562. 1171. Eq. 657. 663. V. 1110. frg. 349. V. 416. P. 995. R. 1074. Eq. 147. V. 18. 431. P. 70. Av. 1006. L. 977. frg. Nub. I. 1. πρός: Ach. 291. Eq. 651. 804. 1118. N. 323. 996. P. 635. Av. 1334. R. 544. P. 158. L. 229. 230. frg. 445 a. Av. 1007. L. 288). Itaque duobus locis Ar. quibus ὡς hoc intellectu traditum est, εἰς restituendum esse censeo: Pl. 152: τὰς ἑταῖρας φασὶ — τὸν πρωκτὸν εὐθὺς ὡς τοῦτον τρέπειν: scribas εἰς τοῦτον (et habent hoc ipsum cod. Rav. et Suid. s. ἑταῖραι), et P. 174: ὃ μηχανοποιεὶ πρόσσεχε τὸν νοῦν ὡς ἐμέ: scribas εἰς ἐμέ (cf. N. 575: δεῦρο τὸν νοῦν πρόσσχετε); eadem ratione εἰς in ὡς abiit ap. Eur. Iph. T. 1056, ubi inde ab Hermanno scribitur εἰς ὥμᾶς βλέπω quum in codd. omnibus sit ὡς ὥμᾶς βλέπω.

65 Eq. 1260 sqq.: καὶ μὴν ἐγά σ' ὡς Αἴμε θεραπεύσω καλῶς | ὥσθ' ὅμολογεῖν σε μηδέν' ἀνθεώπων ἐμοῦ | ίδεῖν ἀμείνω τῇ Κεχηραίων πόλει. Desiderarunt Hirschig. Dind. Mein. ad τῇ K. πόλει praep. ἐν „quae necessaria sit ad loci sententiam, quia non agatur de utilitate quam ille civitati allaturus sit, sed de benevolo in Demum animo“. At hoc ex ipsius Demi sententia prorsus ad idem redire satis appetet

e v. 873 sq., ubi ille ad isiciarum qui ei calceos (*ζεῦγος ἐμβάδου*) dedit dicit: *χρίνω σ' ὅσων ἐγῷδα περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἀριστον* | *εὐνούστατον τε τῇ πόλει καὶ τοῖσι δακτύλοισιν.* (Cf. 1208 sq.: *τι οὐ διακρίνεις Αἴγαμ' ὅπότερος ἔστι νῷν | ἀνὴρ ἀμείνων περὶ σὲ καὶ τὴν γαστέρα;* quod *παρ'* ὑπόνοιαν dictum est pro καὶ τὴν πόλιν). Itaque censeo conj. illa licet lenissima opus non esse, sed dat. τῇ. K. π. pendere e v. ἀμείνω (ut Th. 832: *εἰ τέκοι τις ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει*), ut idem valeat atque *περὶ τὴν πόλιν „erga civitatem“* (cf. Ach. 603, 698. Eq. 764. 831. Pl. 658), isiciarius igitur dicatur ἀγαθὸς πολίτης pariter atque v. 944. Ceterum si quis conj. illam ideo quoque rejiciendam existimet, quod dicendum fuerit potius *τῶν ἐν τῇ K. πόλει* (sc. ἀνθρώπων), meminerit quaeso locorum quos supra p. 10 congessi ad refellendam Velseni de Eq. 480 conjecturam.

A v. 1070 (lyr.) chorus avium dicit: *ἔρπετά τε καὶ δάκετα* 66 *πάνθ' ὅσπερ ἔστιν ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ἐξ φονᾶς ὅλνται;* codd. c. metr. *φονᾶσιν ἐξόλνται*, em. Reisig. Conj. p. 219, vulg. *ἐν φονᾶς ὅλνται*, quod perperam defendit codd. neglectis Pierson. N. Mus. Rh. XI. 120 cll. K 521. Pind. Pyth. XI. 57; unice recte se habet *ἐξ φονᾶς ὅλνται*: tmesi enim (v. p. 101) verbi vis vel maxime effertur, quod h. l. aptissimum est: „prorsus caede pereunt“. Quaeritur autem qua ratione verba inter se sint conjugenda: Brunck. („reptilia vi alarum mearum pereunt“) et Pierson. I. c. („von meinem Flügel wird's heraus [?] durch Mord getilgt“ — „unter meinem Fl. in Mord [ἐν φονᾶς] geht's zu Grunde“) conjungunt inter se verba ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ὅλνται: at quid vis alarum pertinet ad caedem vermium, reptilium, insectorum (1064 sq.: *ἐν γαίᾳ δένδροσι τ' ἐφημένα* quae devorantur ab avibus?; neque opus est loci caedis significatione. Jam Kock, qui recte negavit ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος cum v. ὅλνται conjungi posse, ipse scripsit ἐπ' ἐμᾶς πτ., quod significet „im Bereich meines Flügels“: sane hoc me judice sententia postulatur, at vehementer dubito num significari possit praep. ἐπί; certe multo pulcrius ac magis poetice exprimitur praepositione ὑπό concretam quae sensibus percipi possit imaginem depingente: „quaecunque versantur sub alis meis“ sc. quibus omnia supervolo terram

quae potius patet non posse non referri ad totius palaestrae humum. — Si vero vulgaris ordo verborum servatur, non solum offensioni est articulus mensae nondum notae praepositus (*κατὰ τῆς τραπέζης*) neque appareat, e quoniam palaestrae loco Socr. hostiam surripuerit („furtum autem ex ea ipsa in qua delineabatur mensa commissum non potuisset non conspicere“ Teuffel.), sed omnino tota narratio abrupta est omni- que caret perspicuitate, quod vitium non tollitur lacuna (de qua cogitavit Kock.) inter vv. 178 et 179 statuta. Me judice autem non solum quae his versibus 175—179 narrantur male se habent, sed etiam qui proxime antecedunt vv. 169—174: quibus duabus narrationibus nexus progressusque sententiarum prorsus conturbatur. Strepsiades enim quum aere alieno uxoris ac filii prodigis moribus conflato liberari cupiat, Phidippidem filium hortatur, ut a Socrate addiscat novas disputandi et dicendi artes, quibus ut injuria verti soleat in justum, ita debita quoque desolvendi spes sit. Quod quum non potuerit filio persuadere, senex semet ipsum in Socratis disciplinam traditurus adit ejus domum. Quum rusticorum more portam vehementer pulsarit, egreditur unus e discipulis Socratis et increpat eum, quod cogitationem animo conceptam excusserit. Jam quum ex eo quae siverit Str., quaenam fuerit illa cogitatio, simul semet ipsum in Socratis disciplinam traditum se esse professus, exponit ille, qua ingeniosa ratione Chaerephon auctore Socrate permessus sit quot suos ipsius pedes saliat pulex. Admiratur Str. mentis illam subtilitatem, vehementer animo commotus (153: ὁ Ζεῦ βασιλεὺς τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν — cf. N. 2. V. 625. R. 1278. Pl. 1095. L. 967. Aesch. Pers. 532. Ag. 355). Jam discipulus, ut eum etiam magis incitet ad admirationem, ad alterum etiam praeclariorum Socratis inventum exponendum procedit (154: τί δῆτ' ἀν [sc. λέγοις] ἔτερον εἰ πύθοι Σωκράτους φρόντισμα; locutione τί δῆτ' (ἀν) „quid vero?“ gradatio ad majus indicatur: cf. Ach. 1011. N. 769. P. 859. 863. 916. L. 399. Luc. vit. auct. 26): investigasse eum culicem non ore canere, sed podice. Inde jam tam vehementer commovetur Str., ut exclamat: ὁ τρισμαχόος τοῦ διεντερεύματος: et quantum fructum ipse percipere possit ex ejusmodi disciplina intelligens addat: ἡ

ἔρδιως φεύγων ἀν ἀποφύγοι δίκην δστις δίοιδε τοῦντερον τῆς ἐμπίδος. Jam quid aliud fieri censemus quam ut extemplo in disciplinam Socratis recipi cupiat? vel certe ut discipulus, quo etiam magis admirationem ejus augeat, aliud quoddam etiam ingeniosius addat commentum? At longe aliter procedit colloquium. Discipulus quum modo ut par erat Strepsiadē ad admirationem magistri inflamarit, jam risum ejus movet narrans nuper sublimem cogitationem (*γνώμην*) abreptam esse Socrati a stellione, qui dum ille noctu investigarit lunae vias et conversiones sursumque spectarit ore hianti, de tecto eum concacaverit. (Ceterum neque ejusmodi rerum caelestium p̄vestigatio recte *γνώμη* dici potest neque stellio eam ἀφαιρεῖ [nam quod quis ἀφαιρεῖ jam ipse possidet], sed potius κωλύει ἐπέχει „interrumpit, interpellat“, quod v. 137 et 139 dicitur ἐξαμβλίσκεν). Gaudet Strepsiades (174: *ἵσθην γαλεόη πατασχέσαντι Σωκράτους*), discipulus autem ne verbo quidem eum increpat, quod Socratem magistrum derideat, sed potius vel eo descendit, ut narret qua subdola ratione vesperi proximi diei Socrates sibi ipsi discipulisque coenam comparavit. Jam hoc commentum facile patet prorsus nihil valere ad res Strepsiadis: neque enim recte dicit Kock. ad v. 176: „Streps. will das Kunststück des Socr. schnell kennen lernen, weil er etwas Aehnliches auch für seine Lage braucht“: Strepsiadē inopia ciborum nondum premi docent vv. 190. 1146 sq. (669). 1212. 1354; agitur ei non de comparandis, sed de servandis potius ἀλφίτοις (cf. 106: *εἰ τι κήδει τῶν πατρῶν ἀλφίτων*), qua de causa jam Socratis disciplinam petit ut discat περὶ τῶν τόκων δπως ἀν ἀποδῷ μηδενί (739). Itaque si h. l. jam cogitaret de coena subdole comparanda, manifesto desperaret de Socratis disciplina, cui tamen aperte adversantur quae summa confidentia modo dixit v. 166 sq. Nihilominus Str. hoc commento Socratis prorsus nihil ad ipsius res valente adeo commovetur, ut acerrime instet discipulo ut scholam sibi aperiat et Socratem ipsum ostendat (181 sqq.: *ἄνοιγ' ἄνοιγ' ἀνέσας τὸ φροντιστήριον κτλ.*): nonne quivis intelligit haec non locum habere nisi post v. 166 sqq., ubi Str. ex eis quae narravit discipulus, perspexit quantum fructum ipse e Socratis disciplina percipere possit? Itaque

non dubito quin v. 181 sqq. post v. 168 collocandi sint, ut Str., postquam discipulus de culicis intestino exposuit, jam haec dicat: σάλπιγξ ὁ πρωκτός ἐστιν ἄρα τῶν ἐμπίδων. | ὁ τρισμακάριος τοῦ διεντερεύματος. | ἡ ἔρδιως φεύγων ἀν ἀποφύγοις δίκην, | ὅστις δίοιδε τούντερον τῆς ἐμπίδος. | ἄνοιγ' ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον | καὶ δεῖξον ὡς τάχιστά μοι τὸν Σωκράτην. | μαθητιῶ γάρ· ἀλλ᾽ ἄνοιγε τὴν θύραν. Versus 180 autem optime se habet post v. 153 collocatus, ubi praedicat Str. qua animi subtilitate Chaerephon pulicis saltum permessus sit: ὁ Ζεῦ βασιλεὺν τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν. | τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν; (cf. N. 2 sq. ubi exclamationem ὁ Ζεῦ βασιλεὺν eadem ratione excipit interrogatio; Thales autem proverbii loco dicebatur pro sapiente: cf. Av. 1010 ubi Meton, qui γεωμετρῆσαι βούλεται τὸν ἀέρα 995, dicitur ἀνθρωπος Θαλῆς: add. Plaut. Capt. II. 2. 24. Bacch. 122. Rud. IV. 3. 64); facillime autem excidere poterat illo loco v. 180, quia versus qui sequitur 154 ab iisdem incipit vocē: τί δῆτ' ἀν ἐτερον εἰ πύθοιο Σωκράτους | φρόντισμα. Vv. 169—179 vero ab hoc loco quo traditi sunt prorsus alienos esse satis mihi videor demonstrasse, quamquam unde irrepserint, quae est conditio critica Nubium fabulae, dijudicare non ausim; conjecterim tamen relictos eos esse e priore Nubium editione, in qua Str. fusius collocutus videtur cum Socratis discipulis (cf. Kock, ed Nub. praef. §. 38), ut versus illi sint diversorum discipulorum res domesticas imprudenter effutientium.

85 Quod supra dixi N. v. 180 facillime excidere potuisse ante v. 154, quippe qui ab iisdem incipiat vocabulis, haud paucis confirmatur exemplis quae h. l. congerere liceat.

A) Propter similitudinem exitū (homoioteleuton) duorum versuum.

a) continuorum α) prior excidit:

1) P. 186 in Ven. a 1. m. (186, 187: μαρώτατος [187 om. R.]). 2) Ach. 1141 in R. (1141, 42: τὰ πράγματα [1142 om. ΑΓ]).

β) posterior excidit:

1) N. 114 in R. V. (113, 114: ἵππονα). 2) N. 690 in R. (689, 690: Αμυνία). 3) N. 1100 in R. V. (1099: τον-

τονί, 1100: ἐκεινονί). 4) Ach. 917 in R. (916, 917: διὰ θρησκευόμενος). 5) R. 1431 b in V. et 3 codd. Brunckii [1431, 31 b: ἐν πόλει τρέφεν], 6) R. 1453 in R. (1452, 53: Κηφισοφῶν). 7) Pl. 712 in R. (711, 712: κιβώτιον). 8) P. 187 in R. (186, 187: μαρώτατος [186 om. V. a 1. m.]). 9) P. 897 in omn. codd. praeter unum R. (896, 897: ἔσταιναι) pariter atque 10) E. 223 (222, 223: ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ, idem 221—228). 11) Ach. 1142 in AT (1141, 42: τὰ πράγματα [1141 om. R.]).

b) non continuorum posterior excidit et simul inter eum et priorem unus vel plures versus:

1) unus: Ach. 1220 et 21 in A (1219: καὶ σκοτοδηνῶ. 1221: καὶ σκοτοβηνῶ). 2) duo: Pl. 215, 216, 217 in R. a 1. m. (214, 217: ἔγω). 3) tres: N. 1090, 91, 92, 93 (falso Dind. 1090—94; cf. Bekk. 1073—76) in Ven. (1089, 93: ἐκ τίνων;).

Simil ordo versuum perturbatus est:

1) Th. 169 (168, 169, 170: ποιεῖ) excidit in R., add. est a m. rec. suo loco, in Aug. vero legitur post 170. 2) Ach. 1228 (1227, 28: καλλίνικος) om. B, in A legitur post 1230. 3) Ach. 411, 412, 413 om. Γ (410, 413: ποιεῖς); errore animadverso librarius 412 et 413 addidit, sed post 414; 411 prorsus omisit — ut sese excipient vv. 410, 414, 412, 413. Huc pertinent 2 conjecturae: 1) Ach. 203: ἔγώ δὲ φεύξομαι γε τοὺς Ἀχαρνέας Dobraeus recte me judice conj. excidisse post 200: καίσειν κελεύων πολλὰ τοὺς Ἀχαρνέας, deinde falso loco additum esse post 202 in fine colloquii Amphithei et Diceaeopolidis. 2) P. 1325: τάς τε γυναῖκας τίκτειν ἡμῖν recte censet Herward. (append, ad stud. crit. in poelt, scen. Gr. p. 8 sq.) transponendum esse post 1321: διδόναι πλοῦτον τοῖς Ἐλλησιν, ubi exciderit propter homoioteleuton.

B) Propter similitudinem initii (*homoiarchon*) duorum continuorum versuum

a) prior excidit:

1) Av. 59 in R. (59, 60: ἐποποῖ). 2) Eq. 414 in R. (414, 415: ἀπομαγδαλάς). 3) Eq. 143 in R. (143, 144: ἀλλαντοπάλης); in marg. adscr. a m. 2., a m. 3. sec. Herward.

(Append. ad stud. crit. in pp. scen. gr. 1872 p. 29). 4) Ach. 1097 in R. I. A. Vat.—Pal. (1097, 98: *παῖς παῖς φέρεται οὐκέτι εἶναι — ἐμοί*). 5) Ach. 1134 in A (1134, 35: *ἐν τῷ δε πρόσει πρόσει τοῦς — θωράκησομαι*). b) intercederunt posterior pars prioris et prior pars alterius versus (ubique solo in Rav.):

1) Ach. 784 sq.: *ἄλλος οὐχὶ θύσιμός εστιν [αὐτῇγε]*
— *σὰ μάν;*

πᾶς δὲ οὐχὶ θύσιμός εστιν;] —
— *κέρκονος οὐκέτι.*

2) Av. 40 sq.: *ἐπὶ τῶν κραδῶν ἔδοντος, [ΑΘηναῖοι*
δὲ αἰεὶ
ἐπὶ τῶν δικῶν ἔδοντος] πάντα τὸν
βίον.

3) Pl. 833 sq.: *κομιδὴ μὲν οὖν. — [οὐκοῦν μετὸ*
ταῦτ' ἡσθ' ἄθλιος. —
κομιδὴ μὲν οὖν.] κάγὼ μὲν φυλητική.

Addo denique Av. 1274 sq.: *στεφάνῳ σε χρυσῷ τῷδε*
σοφίας εἶνεια | στεφανοῦσι καὶ τιμῶσιν οἱ πάντες λεῷ —
ubi initia versuum *στεφάνῳ σε* et *στεφανοῦσι* propter
similitudinem inter se permutata vides in Ven. — Apparet
autem ex hoc conspectu et ipsum Rav. haud paucis inqui-
natum esse librariorum vitiis.

sc N. 1506: e Rav. scribi solet: *τι γὰρ παθόντες τοὺς*
θεοὺς ὑβρίζετε; quum Ven. praebeat (c. metr.) εἰς τοὺς θεούς.
Quamquam Kustero (ad Pl. 899) et Frohbergero (ad Lys. XIV. 26) facile concedo discrimen quod ipsi veteres (Luc. Soloec. 10) inter locutiones ὑβρίζειν τινα et ὑβρίζειν εἰς τινα
intercedere statuerunt: *τὸ μὲν σὲ ὑβρίζειν τὸ σῶμά εστι τὸ*
σὸν ἥπαι πληγαῖς ἢ δεσμοῖς ἢ καὶ ἄλλῳ τρόπῳ (i. e. alqm contumeliose tractare), *τὸ δὲ εἰς σέ, ὅταν εἰς τι τῶν*
γίγνηται ἡ ὑβρις, non ubivis agnisci (cf. ex Ar. Pl. 899:
ταῦτ' οὖν ἀνασχέτεστιν τοῖτους ὑβρίζειν εἰς ἐμέ; P. 1264:
ὑβριζόμεθα. κωφῶμεν ὡς ταῦτα ἐκποδῶν [cf. 1245: *οἵμοι κατα-*
*γελάς]. Pl. 1044: *τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὑβρεος ἵστηται οὐβρίζομαι.* Th.
993: *τὰς γνάθους ὑβρισμένης; add. καθυβρίζειν τινά Ach. 631.*
Eq. 722, *περινθρίζειν τινά* V. 1319. Th. 535, pass. Eq. 734,
ἐφυβρίζειν τινά P. 1229, quorum compositorum nullum exstat
in frg. com.), tanien conjecterim poetam scripsisse *τι γὰρ**

παθόντες ἐσ θεοὺς ὑβριζετε; (cf. Pl. Legg. X. 885 B: οσα λόγῳ καὶ σσα ἔργῳ περὶ τοὺς θεοὺς ὑβρίζει τις): crediderim enim potius art. additum esse a librariis (quod saepissime eos fecisse supra luculentis exemplis demonstravimus §. 30), quam praep. εἰς, quae quidem post παθόντες facillime poterat excidere, pariter atque frg. 243: ἦδη παροινεῖς ἐμὲ πρὶν δεδειπνάναι, ubi Dind. numeros optime redintegravit iterata εἰς syllaba: παροινεῖς εἰς με (cf. supra p. 34; Brunck, εἰς ἐμέ, Cobet. N. L. 171 ἐσ ἐμέ: at comici ante voc. constanter forma εἰς usi sunt: v. p. 83—88. Bergkius argutius quam verius conj. ἦδη παροινεῖς ἡ μὲ πρὶν δεδειπνάναι, censens reprehendi quemdam quod antequam alii coena sint fructi ipse jam sit appotus); παροινεῖν εἰς τινα dixerunt etiam Antiph. IV. a. 6. Dem. 54, 4. Athen. XIII. 592 F. Lucian. Salt. 24 (cf. παραμαρτάνειν τι εἰς τινα Ar. frg. 100 Bgk.; verbo ἀδικεῖν vero comici constanter acc. personae junxerunt: Ach. 56. N. 1509. V. 1162. P. 1188. frg. 260; v. Ind. com. dict., nusquam dixerunt ἀδικεῖν εἰς τινα vel περὶ τινα). — Coniunctae igitur sunt in Ven. codice εἰς τοὺς θεοὺς ὑβριζετε praebente (e. metr.) duae scripturae: εἰς θεοὺς ὑβρ. et τοὺς θεοὺς ὑβρίζ. pariter atque e. c. in Rav. Eq. 741: εὐ γὰρ ποῶ τὸν δῆμον. — εἰπέ μοι νῦν, τι δοῶν; — cett. codd. εἰπέ νῦν τι δοῶν;; Dind. et Kock, εἰπέ μοι τι δοῶν; ex usu Ar. de quo v. adn. Kockii; εἰς θεούς autem sine art. dixit Ar. in trim. etiam P. 128. 130. 132. Av. 843 (cf. πρὸς θεῶν: P. 9. Av. 663. E. 1095. Pl. 1147).

42 locis Ar. πρὸς e. gen. usurpavit in jurisjurandi et 87 obtestandi formulis πρὸς τῶν γονάτων, πρὸς τῆς δεξιᾶς, πρὸς άτος al. (πρὸς θεῶν διes tantum dixit [πρ. πάντων θεῶν V. 1136], 25ies πρὸς τῶν θεῶν, cett. com. hoc 7ies, illud, quod solum dixerunt tragici, 13ies). Occurrunt autem formulae illae 27ies ubi quis postulat alqd s. petit vel vetat s. abominatur (Ach. 111. Eq. 341. 1297. N. 784. 1103. V. 760. P. 9. 378. 1113. Av. 130. 663. L. 850. 1245. Th. 936. R. 755. 1248. Pl. 1147. — V. 919. 1418. P. 322. 376. Th. 228. E. 562. 1095; — addito quod cett. locis subintelligitur verbo ἀντιβολεῖν: Ach. 414. N. 314. V. 1388), 13ies in interrogationibus (Ach. 95. Eq. 1390. N. 200. 366. 481.

V. 484. 1136. Av. 69. 996. Th. 172. Pl. 395. 458. 1176). Restant 2 loci quibus formula *πρὸς (τῶν) θεῶν* exstat in enuntiatis affirmativis, quorum tamen altero frg. 146: *πρὸς θεῶν ἔραμαι τέττιγα φαγεῖν* Ar. deridet Eur. Hipp. 219: *πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωύξαι* (ceterum hac affirmatione voluntas, desiderium declaratur, ut *πρὸς θεῶν* hic quoque sit postulantis); altero loco L. 857 omnes codd. praebent: (*άει — ή γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα. καν φόν ή μῆλον λάβῃ, Κινησίᾳ τοντὶ γένουτο, φησίν*). — ὁ πρὸς τῶν θεῶν, — ut sit exclamatio mirantis; at hoc intellectu Ar. aut *νή* c. acc. usurpat (cf. e. c. L. 836: ὁ *νὴ Δία*. E. 160: ὁ *νὴ τὸν Ἀπόλλωνα*) aut vocativum: cf. Pl. 734: ὁ *φίλοι θεοί* („est vox admirantis sed simul sperantis bonum et laetum rei exitum“ Fischer.), qua a consuetudine cur h. l. recesserit numeris (ὁ *φίλοι θεοί* non respuentibus) non coactus prorsus non intelligitur. Itaque exclamatio illa ὁ *πρὸς τῶν θεῶν* suspicionem movet. Omnino autem h. l. non exclamatio exspectatur, sed potius interrogatio: sequitur enim v. 858: *νὴ τὴν Ἀφροδίτην*, quod est respondentis (cf. Pl. 395 sq. λέγεις ἀληθῆ: — *φημί*. — *πρὸς τῆς Ἑστίας*; — *νὴ τὸν Ποσειδῶνα*). Itaque manifesto cum interrogatione scribendum est ὁ *πρὸς τῶν θεῶν*; „oh, per deos“, sc. „vera dicis?“ (ut V. 484. Pl. 458. 1176. Alexid. III. 418; ὁ pro ὁ praebent teste Engero Aug. et Junt.), praesertim quum antiquitus diserte traditum sit illis verbis contineri interrogationem. Adscripsit enim schol. ἐν ἔρωτίσει (cf. schol. N. 207. 680. V. 302. P. 5. R. 840. 1308. E. 440. κατ' ἔρωτησιν Ach. 562. 1063. 1113. N. 207. 1423. P. 371. Av. 1628. L. 821. 930. 998. 1180. R. 487. 522. 1150. μετ' ἔρωτίσεως: Ach. 559. ἔρωτηματικῶς N. 905. 1223. Av. 10. L. 237. E. 667), quod tamen casu a v. 857 delatum est ad v. 861, ubi quae leguntur *τί οὖν*; *δώσεις τί μοι*; tam manifesto sunt interrogantis, ut ad h. quidem v. adnotatio illa nullo modo possit pertinere. Haud raro autem scholia ad falsum versum apposita sunt (lemmata enim in optimis libris quales sunt R. et Ven. omitti solent: cf. Enger. ad L. 338): e. c. schol. L. 236: *ἔρωτηματικῶς λέγει* pertinet ad 237 (*συνεπόμνυθ' ἔμεις ταῦτα πᾶσαι*); schol. 460 ad 461, schol. 806 ad 805, schol.

848 ad 847, schol. 443 Puteanus habet ad 447, schol. 1038 recte ad 1039 refertur in Put., schol. 1125 pertinere videtur ad 1124 (v. Enger.), schol. 1131 ad 1135 referendum esse optime perspexit Mein. (v. Vind. p. 137), denique schol. Th. 397 ad 390 sq., 565 ad 559 pertinere demonstrarunt illud Enger., hoc Fritzsch. [Oblata occasione docere liceat quo spectet schol. Rav. L. 493: δικῶς, ὑμῖν — „haec non video quo pertineant“ Dübner., „quorsum hoc velit spectare obscurum est“ Enger. (qui perperam apposuit ad v. 492): spectat ad voc. αὐτό (ἥμεῖς ταμεῖσομεν αὐτό sc. τάργητον), pro quo etiam ὑμῖν (ἥμεῖς ταμεῖσομεν ὑμῖν) ut v. 495: οὐ καὶ τἄνδον χρήματα πάντις ἥμεῖς ταμεῖσομεν ὑμῖν; praebusse codd. nonnullos testatur schol. Adv. δικῶς enim discrepantia scripturae indicari solet a scholl.: cf. ad Eq. 1285. P. 126. L. 774. 1300. Th. 1051. 1176]. — Denique tertio quodam loco V. 1218, ubi quum Bdelycleo convivium mentiticium describens dicat: ὕδωρ κατὰ χειρός τὰς τραπέζας εἰσφέρειν | δειπνοῦμεν· ἀπονενίμεθ· ἥδη σπένδομεν, pater quem instituit filius orationem interrumpit his verbis: πρὸς τῶν Θεῶν ἐνύπνιον ἔστιώμεθα; „per deos obsecro, num epulamur somnium?“ (cf. Av. 132: ἔστιάν γάμους, sim.), solus Mein., fortasse tamen invitus signo interrogationis omissio enuntiatum affirmativum reddidit, cuius mutationis prorsus nulla est causa, etsi schol. quum dicat: ὅτι εἴρηται μὲν τὰ ἐν συμποσίῳ, οὐ μὴ γεγένηται, ὡς ὄντειρόν φησιν ἐορακέναι (cf. R. 51 c. schol.), ipse quoque verba poetae pro affirmatione videtur accepisse. — Jam igitur appareat Ar. hujusmodi formulas non usurpare nisi ita ut sint postulantis s. vetantis aut interrogantis (servata propria praep. πρός significatione; cf. Krüg. I. 68. 37. n. 2: „das Erflehte wird eigentlich als ein von den Göttern zu Veranlassendes vorgestellt“), nusquam admisisse in enuntiatis affirmativis vel negantibus (in quibus vides formulas κατωμοτικάς: νῆ τοὺς Θεούς sim., ναὶ μὰ Λία [p. 63 sq.], ἀπωμοτικάς: μὰ τὸν Θεούς sim. [p. 62]), quod idem ab oratoribus Atticis alienum videtur (Frohberg. ad Lys. XIII. 95: „Schwurformeln mit πρός stehen bei den Rednern wol nur in Frage- und Befehlssätzen“), pariter atque a ceteris comicis, nisi quod Pherecr. II. 270 dixit: καὶ

πρὸς Ἀπόλλωνος πάνυ ἔκεντο θράττει με ὅτι λέγουσιν ἔνεστιν
ἐν κιθάρῳ τι κακόν („per Apollinem jurat quoniam huic sacer-
erat citharus“ Mein.); nam ap. Anaxil. III. 352: ἡ μουσικὴ
πρὸς τῶν θεῶν ἀεί τι κακὸν κατ’ ἐνιαυτὸν θηρίον τίκτει aut
interrogationem statuerim aut verba πρὸς τὰν θεῶν ita acce-
perim, ut significant „deis auctoribus.“ —

- 88 A.v. 1639: ἡμεῖς περὶ γυναικὸς μᾶς πολεμήσομεν; Mein.
in adn. crit. conj. poetam scripsisse γυναικὸς περὶ μᾶς, offendens ut videtur in tribracho περὶ γυ-, pariter atque Pl. 1111:
ἀτὰρ διὰ τι δὴ ταῦτ' ἐπιβούλεύει ποιεῖν; ubi Vind. p. 223
scribi jussit ἀτὰρ τιὴν δὴ ταῦτ' ἐπ. π.; (cl. Hesych. τιὴν διὰ
τι, ἵνα τι), remoto διά quod sit glossatoris. At etiam aliis
(20) trim. locis Ar. praep. bisyllabas ita collocavit, ut
brevis syllaba finalis sit prior syllaba arsis solutae (cf. p. 12),
i. e. media tribrachi syllaba (nusquam enim ἀμφί et
ἀντί ictum habent in syllaba finali): διά ter, κατά 5ies,
παρά semel, ἐπὶ quater, περὶ 6ies, ὑπό semel, ὑπέρ
bis (nusquam ἄντα, μετά, ἀπό — nisi semel in tmesi; ἀπό
γὰρ ὀλοῖμαι N. 792), plerumque (12ies) in 2. pede (διά:
Pl. 1055. 1111 [cf. Men. IV. 198. Baton. IV. 502], κατά
Eq. 147 [ex em. Cobeti ὥσπερ κατὰ θεόν, codd. θεῖον], ἐπὶ¹
P. 1235. E. 475, περὶ Eq. 1006. 1010. 1012. N. 638. Av.
1639, ὑπό Av. 1300, ὑπέρ Th. 91), quinis locis in 1. et
4. pede (1. p.: κατά Av. 1001, παρά Th. 489, ἐπὶ V. 1199.
L. 1101, περὶ Eq. 1008; 4. p.: διά Pl. 179, κατά Av. 919.
R. 500. E. 557, ὑπέρ N. 839), nusquam in 3. vel 5. pede,
ut hac quoque de causa rejiciendum sit quod A.v. 1588
Bergk. (fortasse invitus) scripsit: πρεσβεύοντες ἡμεῖς ἤκομεν |
παρὰ τῶν θεῶν περὶ πολέμου καταλλαγῆς om. ante πολέμου
art. τοῦ (de quo v. quae disputavi p. 54 [ubi adde ἡμισυ
τῆς οἰκίας Thuc. V. 16. 6. ὑπέρ ἡμισυ τοῦ χρόνου τούτου
Thuc. VIII. 68. 4. Schoem. ad Isae. p. 421] et Add. p. 155;
Aeh. 528: κάντενθεν ἀρχὴ τοῦ πολέμου κατερράγη perperam
Mein. scripsit ἀρχή, pariter atque V. 77: γιλο μέν ἔστιν
ἀρχὴ τοῦ κακοῦ e conj. Dobraei, ubi revocandum est ἀρχή.
Cf. Krüg. I. 50. 2. n. 16); revocato articulo evadunt 3
anapaesti in 1. 3. 4. pp. ut Aeh. 181. 922. Eq. 466 (v.
p. 104 sq.).

Ipse Mein. autem duorum illorum in quibus offendit locorum prorsus immemor A ch. 355 sq. quum traditum sit: ἐμοῦ θέλοντος ὑπὲρ ἐπισήνον λέγειν | ὑπὲρ Λακεδαιμονίων ἀπανθ' ὅσ' ἂν λέγω scripsit περὶ Λακεδαιμονίων, sine ulla tamen causa, quin sententia repugnante: defendit enim Dicaeopolis Lacedaemonios oratione sua, verba faciens pro eis (cf. 316. 369. 482), ut necessaria sit praep. ὑπέρ (cf. Th. 91. 542. 545. Eq. 1018. Th. 649. 186. V. 951): nam λέγειν sim. περὶ τίνος nil significat apud Ar. nisi „de alio verba facere“ (cf. A ch. 39. 499. N. 159. V. 343. Av. 23. 25. 1101. 1675. R. 1426. Eq. 514. R. 65. V. 546. L. 37. 627. Th. 577. N. 320. Eq. 666. P. 1303); videtur autem Mein. offendisse in praep. ὑπέρ bis deinceps diverso intellectu (locali: „super“ — translateo: „pro“) posita: at prorsus eandem rationem vides V. 1038 sqq.: τοῖς ἡπιάλοις — καὶ τοῖς πυρετοῖσιν | οἱ τοὺς πατέρας τὸ ἥγχον νίκιτωρ καὶ τοὺς πάππους ἀπέπνιγον | κατακλινόμενοι τὸ ἐπὶ ταῖς κοίταις („in cubilibus“) ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν ὑμῶν („contra eos“) | ἀντωμοσίας καὶ προσκλήσεις καὶ μαρτυρίας συνεκόλλων (ubi sine causa mihi videtur Hamakerus scribi jussisse: ἐν ταῖς κοίταις).

Ut redeamus ad Av. 1639 ei quod Mein. proposuit: γυναικὸς περὶ μιᾶς, usus dicendi Ar. non repugnat: paulo liberiore enim utitur poeta (pariter atque prosarii scriptores) collocatione praep. περὶ gen. junctae (cf. Av. 1595 trim.: τούτων περὶ πάντων et P. 105 trim. Ἐλλίνων περὶ | ἀπαξαπάντων; de anastropha praep. περὶ v. p. 26 et Passow. II. 1. 826), quum ceteras praep. inter subst. et adj. sive inter adj. et subst. non interponat nisi ubi elatiore utitur genere dicendi tragicos imitatus: in trim.: A ch. 1194. V. 1160. Av. 1232 (Th. 177 = Eur. frg. Aeol.). Th. 1098. R. 1438. Pl. 9 (cf. §. 83); dim. jamb.: Av. 409; tetr. tr.: N. 580; hexam.: Eq. 1037. P. 1088; anap.: Th. 783. 1068. R. 1533; metr. Eupol.: N. 534; lyr.: Eq. 403. N. 277. 279. 286. 310. 1159. Av. 244. 742. 905. 941. 1374. 1398. 1723. L. 809. Th. 127. 313. 992. 1034. 1149. R. 243. 324. 326. 327. 350. 441. 442. 540. E. 573 (cf. Krüg. I. 68. 4. n. 2, II. ibid. n. 6). ἔνεκα s. εἴνεκα (de forma cf. Wecklein. Cur. epigr. p. 36 sq. Koek. ad N. 6 ed. III.) interpositum vides Eq. 544. N. 511.

Th. 443. 1217. frg. 554 (postpositum nomini 46, antepositum 9 tantum locis; N. 420. 422. 1236. V. 886. P. 744. R. 232. E. 367. Pl. 177. 989). —

Altero vero loco Pl. 1111, si conjectura opus esset, lenissima transpositione ἀτὰρ διὰ τὶ δὴ ταῦτ' ἐπιβονλεύει ποιεῖν mutari posset in ἀτὰρ διὰ δὴ τὶ ταῦτ' ἐπ. π. quod miror Mein. prorsus fugisse: cf. E. 604: καὶ δὴ τὶ; N. 1192, E. 791: ἵνα δὴ τὶ; (idem restituit Bentl. P. 409 ubi R. V. habent ἵνα τὶ δῆ, cett. ἵνα τὶ δέ). Pl. Phileb. 48 D: ἐξ δῆ τούτων. 50 E: ὑπὸ δὴ τίνος; ibid.: διὰ δὴ τὶ; Soph. 260 A: πρός δὴ τὶ; (postpositum tamen vides δὴ N. 856: διὰ ταῦτα δῆ. R. 1162: καθ' ὅ, τι δῆ. Soph. Tr. 402: εἰς τὶ δῆ; cf. Ar. N. 59: διὰ τὶ δῆτα;). Quod vero Mein. scribi jussit ἀτὰρ τιὴν δὴ ταῦτ' ἐπιβονλεύει ποιεῖν; (R. et Dorv. διὰ τὶ δῆ, Ven. et Mut. om. δῆ, cett. διὰ τὶ γε) nullo modo probari posse censeo. Constanter enim Ar. (in cett. com. frg. τιὴν omnino non exstat) aut simpliciter τιὴν; (= τὶ δῆ;) dixit (Eq. 126. 731. P. 927. R. 1473. E. 796) aut τιὴν τὶ δῆ; per iterationem (V. 1155. P. 1018. Th. 84; cf. ὅτιὴν τὶ δῆ; „quia — quid?“ N. 755. Pl. 136); semel occurrit τιὴν τὶ; frg. 476 (quae tamen formula vitio non carere videtur Hermanno ad N. 754, qui cf. jubet Lehrs. quaest. ep. p. 65), ut ὅτιὴν τὶ; [cf. ὅτι δὴ τὶ; Pl. Charm. 161 C. Reip. I. 343 A; cf. V. 449 C] N. 784: οὐκ ἄν διδάξαιμ' ἄν σ' ἔτι. | — ὅτιὴν τὶ; ναὶ πρὸς τῶν θεῶν ὡς Σώκρατες (sc. δίδαξόν με: cf. P. 378. 1113. E. 1095), ubi quum in R. sit τίναις πρὸς τῶν θεῶν („σ ex superiore versu repetito“ Dindorf.) G. Hermannus probatus Kockio scripsit ὅτιὴν τὶ; ναὶ σε πρὸς θεῶν ὡς Σώκρατες, cui tamen praetulerim: ὅτιὴν τὶ; ναὶ πρὸς τῶν θεῶν σ' ὡς Σώκρατες: nam in ejusmodi obtestationibus obj. σε (verbi subintelligendi ἀντιβολῶ vel ἴκετεύω) vix umquam anteponitur formulae πρὸς θεῶν sim., sed aut postponitur (Th. 1019: ὡς πρὸς Αἴδονς σε. Cf. Ach. 414: ἀντιβολῶ πρὸς τῶν γονάτων σε) aut quod plerumque fit inseritur inter πρὸς et gen. qui pendet (cf. Soph. Tr. 436. Phil. 468. O. C. 250. 1333. Eur. Hipp. 605. Phoen. 1665. Porson. ad Med. 325. Elmsl. ad Med. 318); conjici tamen possit etiam: διὴν τὶ δῆ; ναὶ πρὸς θεῶν σ' ὡς Σώκρατες (ut statuatur ΔΗ ante ΝΑΙ excidisse). Nusquam

vero neque apud Ar. neque quantum scio ap. Hom. ceterosque epicos, qui saepe *τίη* dixerunt, vides *τιὴ δῆ*, quod quidem esset i. q. *τι δῆ δῆ*.

Av. 1618 sqq.: ἔαν τις ἀνθρώπων ἴερεῖν τῷ θεῶν | εὐ- 89
 ξάμενος εἴτα διασοφίζηται λέγων, | μενετοὶ θεοὶ, καὶ μά-
 ποδιδῷ μισητίᾳ. Kock.: „μενετοὶ] sind ans Warten gewöhnt,
 können warten. Etwas anders Thuc. I. 142: *τοῦ πολέμου*
οἱ καιροὶ οὐ μενετοί.“ At cur non prorsus eadem significatione
 accipi potest h. l. adj. *μενετός*, ut vertatur: „die Götter sind
 beständig, laufen nicht fort“? Nonne hac cum interpre-
 tatione multo magis convenit quod antecedit *διασοφίζη-*
ται λέγων (= *διαπατῆσοφίσμασιν* Bk. Anecd. 36, 11; cf.
περισοφίζεται Av. 1646)?

Addenda et Corrigenda.

(Numeri indicant §§.)

- 1 p. 5: *εἰτα* post part. vides etiam V. 423, *ἐπειτα* Av. 518. E. 298. 467. Pl. 271.
- 2 p. 6 sqq. Ach. 412: verba tradita ἀτὰρ τί τὰ δάκι ἐκ τραγῳδίας ἔχεις; ea quoque de causa suspicionem movent, quod quum voces trisyllabae quae tribrachum aequant ultima elisa frequenter collocentur in thesi anapaestica 1. 2. 4. pedis (velut ὅπότ' οὐσης, πάριτ' εἰς, πατέρ' ἡτεβόλει sim.: Ach. 19. 43. 147. 1063. 1177. Eq. 98. 152. 211 al.), tamen in 5. pede hujus elisionis nullum exstat apud Ar. exemplum, in 3. pede duo tantum: Ach. 412 et P. 185: τί σοι ποτ' ἐστὶ ὄνομ; οὐκ ἔρεις; — μιαράτατος (cum interpunctione in syllaba elisa), ubi Bernhardi de incis. anap. comici (act. soc. phil. Lips. I.) p. 284, quum Ach. 412 intactum reliquerit, recte probavit emend. Bentl. τί ποτ' ἐστὶ τοῦνομ;
- 3 p. 6: *εἰτα* quum 3 partit. antecedant apud 4. vides Eq. 263. Acc. absolutum προσῆκον (Krüg. I. 56. 9. n. 5) excipit *εἰτα* Pl. 910.
- 4 p. 8 sq. Ach. 505: cf. P. 297: ὁ μέτοικοι καὶ ξένοι καὶ νησιῶται = inquilini, peregrini, socii.
- 5 p. 11. Eq. 667 sqq.: transitum qui fit ex oratione obl. in or. rectam indicavit Ar. additis verbis ἦ δὲ ὅς γελῶν V. 795, nusquam tamen simplici part. λέγων, quod Bergk. Kock. Mein. scripserunt Eq. 669.
- 6 p. 12: de particulis ἄρα et ἄρα promiscue positis cf. etiam E. 458 sqq. (ubi sibi respondent 458 ἄρα, 460 ἄρα, 462 ἄρα). V. 839. 1091. P. 892. 1240 (v. Richt. adn. crit.). Av. 1530. Dobr. ad V. 217 (Adv. II. p. 196).

p. 22 sq. L. 1125 in suspicionem vocavit etiam 26 Krüger. II. 47. 10. n. 5. Quamquam enim verbo ἔχειν c. adv. conjuncto additur non solum gen. rei (*ἴκανῶς ἔχω ἐπιστήμης* sim.: Krüg. I. 47. 10. n. 5), sed etiam gen. personae (cf. ἔχειν ἑαυτοῦ ἡδέως Alexid. 211, εὖ Philem. 4, ὑγιεινῶς καὶ σωφρόνως Pl. Reip. IX. 571 D), conjunctorum tamen gen. rei et gen. pers. prorsus nullum praeter illud exstat exemplum. Neque placet: *αὐτή τ' ἐμαυτῆς οὐ κακῶς γνώμην ἔχω τὸ σῶμα* Pl. Gorg. 464 A. Xen. Oec. 21, 7 — quod *inuria* Heind. ad Pl. Lys. p. 218 A dici omnino posse negat); nam apud acc. opus est articulo (Krüg. I. 46. 4. 47. 10. n. 7) pariter atque ap. dat. (v. Passow. I. 2. p. 1298), quum gen. plerumque careat art. (v. Lob. Phryn. p. 280 sq.). Itaque quod supra p. 23 proposui *αὐτὴ δι' ἐμαυτὴν οὐ κακῶς γνώμης ἔχω* unice veram judico. De pleonasmo autem quo dictum est *αὐτὴ δι' ἐμαυτὴν* quum sufficeret *αὐτή* (= *αὐτομάτη*: v. §. 55 ubi adde L. 1125) = „jam per me ipsa“, cf. ἐν δίκῃ δικαιώς „jure meritoque“ Th. 830. *διὰ πατρὸς ἀεὶ* P. 399. *διὰ κενῆς ἀλλῶς* V. 929. *εἰκῇ ἔρδιώς* R. 733. *ἀεὶ κατ' ἐμιαυτόν* Anaxil. III. 352 (Muggrave ad Eur. Hec. 489).

p. 26: neglexi diserte monere Ar. paepp. (praeter 28 c. solam *περὶ* quae omnino liberiore utitur collocatione: v. p. 149) non postposuisse per anastropham nisi ubi elatiore utatur genere dicendi.

